d	vi	10	SS. Gordiani & Epimachi Martyrum. *Duplex.* B. L.
e	v	11	S. Gualteri Abbatis. *Duplex.*
f	iv	12	S. Pancratii Martyris. *Duplex.* B. L.
g	iii	13	† S. Aldobrandi Episc. & Conf. *Dupl.*
A	Prid.	14	SS. Martyrum CC. RR. Cantuariæ passorum. *Dupl. Comm.* S. Bonifacii Martyris.
b	Idib.	15	† S. Isidori Agricolæ. *Dupl. in App.*
c	xvii ✠	16	S. Ubaldi Episc. & Conf. *Dupl.*
d	xvi	17	S. Possidonii Episc. & Conf. *Dupl.*
e	xv	18	S. Venantii Martyris. *Dupl.*
f	xiv	19	S. Dunstani Episc. & Conf. *Duplex. Comm.* S. Pudentianæ Virginis.
g	xiii	20	S. Ivonis Episc. & Conf. *Dupl.*
A	xii	21	† S. Pii V. Papæ & Conf. *(d. a. ex 5. hujus.) Dupl.*
b	xi	22	S. Stanislai Episc. & Mart. *(d. a. ex 7. hujus.) Dupl.*
c	x	23	S. Joannis Nepomuceni Mart. *Dupl.* B. L.
d	ix	24	B. M. V. sub Titul. Auxilium Christianorum. *Dupl. majus.*
e	viii	25	S. Gregorii VII. Papæ & Conf. *Duplex. Comm.* S. Urbani I. Papæ & Martyris.
f	vii	26	S. Philippi Nerii Conf. *Dupl. (Romæ 2. cl.) Comm.* S. Eleutherii Papæ & Martyris.

g	vi	27	S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. *Dupl. Comm.* S. Joannis Papæ & Martyris.
A	v	28	S. Augustini Cantuariensis Episc. & Conf. *Dupl.*
b	iv	29	† S. Antonini Episc. & Conf. *(d. a. ex 10. hujus.) Dupl.*
c	iii	30	† S. Paschalis Baylon Conf. *(d. a. ex 17. hujus.) Dupl. Comm.* S. Felicis Papæ & Martyris.
d	Prid.	31	S. Angelæ Mericiæ Virg. *Dupl. Comm.* S. Petronillæ Virg. *Feria VI. post Oct. Ss. Corp. Christi.* Sacratissimi Cordis Jesu. *Duplex 1. classis.* *Dom. III. post Pentecosten.* Purissimi Cordis B. M. V. *Dupl. majus. in Appendice.*

Junius.

e	Kal.	1	† S. Petri Cælestini Papæ & C. *(d. a. ex 19. Maii.) Dupl.*
f	iv	2	SS. Marcellini & Petri Mart. B. L. *Dupl. maj. Comm.* S. Erasmi Episc. & Mart.
g	iii	3	SS. Nerei & Soc. Mart. *(d. a. ex 12. Maii.) Semid.* B. L.
A	Prid.	4	S. Francisci Caracciolo Conf. *Duplex.*
b	Non.	5	S. Bonifacii Episcopi & Martyris. *Dupl.*
c	viii	6	S. Norberti Episc. & Conf. *Dupl.*
d	vii	7	† S. Bernardini Senensis Conf. *(d. a. ex 20. Maii.) Semid.*
e	vi	8	
f	v	9	SS. Primi & Feliciani Martyrum.
g	iv	10	S. Margaritæ Reginæ Scotiæ, Viduæ. *Semiduplex.*
A	iii	11	S. Barnabæ Apostoli. *Duplex majus.*
b	Prid.	12	S. Odulphi Conf. *Dupl. Comm.* SS. Basilidis & Soc. Mart.
c	Idib.	13	S. Antonii de Padua Conf. *Duplex.*
d	xviii	14	† S. Basilii Magni Episc. Conf. & Eccl. Doctoris. *Duplex.*
e	xvii	15	S. Bernardini Conf. *Dupl. Comm.* SS. Viti & Soc. Mart.
f	xvi	16	S Bennonis Episc. & Conf. *Duplex.*
g	xv	17	† S. Joannis a S. Facundo Conf. *(d. a. ex 12. hujus.) Dupl.*
A	xiv	18	SS. Marci & Marcelliani Martyrum.
b	xiii	19	S. Julianæ de Falconeriis Virginis. *Duplex. Comm.* SS. Gervasii & Protasii Martyrum.
c	xii	20	S. Silverii Papæ & Martyris.
d	xi	21	S. Raymundi Episc. & Conf. *Dupl.*
e	x	22	S. Paulini Nolani Episc. & Conf. *Dupl.*
f	ix	23	Commem. SS. MM. & aliorum, quorum Corpora & Reliq. in Sacros. Archib. Lat. asservant. *Dupl.* B. L. *Com.* Vig.
g	viii	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ Contitul. Archib. Lat. *Dupl. 1. classis cum Octava.*

A	vii	25	S. Gulielmi Abbatis. *Duplex. Comm.* Octavæ.
b	vi	26	SS. Joannis & Pauli Martyrum. *Duplex. Comm.* Octavæ.
c	v	27	† S. Aloisii Gonzagæ Conf. *(d. a. ex 21. hujus.) Duplex. Comm.* Octavæ.
d	iv	28	S. Leonis II. Papæ & Conf. *Dupl. Comm.* Octavæ & Vigil.
e	iii	29	SS. PETRI ET PAULI APOSTOL. *Dupl. 1. cl. cum Oct. de qua Romæ fit comm. singulis diebus quocumq. festo occur.*
f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli Apostoli. *Duplex majus. Comm.* S. Petri & Octavæ S. Joannis Baptistæ.

Julius.

g	Kal.	1	Octava S. Joannis Baptistæ. *Dupl. Comm.* Oct. SS. Apost.
A	vi	2	Visitatio B. M. V. *Duplex 2. classis. Comm.* SS. Processi & Martiniani Martyrum.
b	v	3	S. Rumoldi Episc. & Mart. *Duplex. Comm.* Oct.
c	iv	4	† S. Theodorici Abb. *Dupl. Comm.* Oct.
d	iii	5	SS. Cyrilli & Methodii Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* Oct.
e	Prid.	6	Octava SS. Apost. Petri & Pauli. *Duplex.*
f	Non.	7	† S. Petri Forerii Conf. *Dupl.*
g	viii	8	S. Raymundi Conf. *Dupl.*
A	vii	9	S. Joannis & Soc. Mart. Gorcomien. *Dupl.*
b	vi	10	SS. Rufinæ & Secundæ Virg. & Mart. *Duplex.* B. L.
c	v	11	SS. Septem Fratrum Mart. (*d. a. ex heri.*) *Semid.* B. L. *Comm.* S. Pii I. Papæ & Martyris.
d	iv	12	S. Joannis Gualberti Abbatis. *Duplex. Comm.* SS. Naboris & Felicis Martyrum.
e	iii	13	S. Anacleti Papæ & Mart. *Semiduplex.*
f	Prid.	14	S. Bonaventuræ Episc. Conf. & Eccl. Doct. *Duplex.*
g	Idib.	15	S. Marcellini Conf. *Dupl.*
A	xvii	16	B. Mariæ V. de Monte Carmelo. *Duplex majus.*
b	xvi	17	S. Leonis IV. Pap. & Conf. *Dupl.*
c	xv	18	† S. Camilli de Lellis Conf. *Dupl. Comm.* SS. Symphorosæ & septem Filiorum ejus Martyrum.
d	xiv	19	† S. Vincentii a Paulo Conf. *Duplex.*
e	xiii	20	S. Margaritæ Virg. & Mart. *Dupl.* B. L.
f	xii	21	S. Praxedis Virginis. *Dupl.* B. L.
g	xi	22	S. Mariæ Magdalenæ Pænitentis. *Dupl.*
A	x	23	S. Apollinaris Ep. & Mart. *Dupl. Comm.* S. Liborii Ep. Conf.
b	ix	24	† S. Alexii Conf. (*d. a. ex 17. hujus.*) *Dupl. Comm.* Vigiliæ & S. Christinæ Virg. & Mart.

c	viii	25	S. Jacobi Apostoli. *Dupl. 2. cl. Comm.* S. Christophori Mart.
d	vii	26	S. Annæ Matris B. M. V. *Duplex 2. classis.*
e	vi	27	† S. Hieronymi Æmiliani Conf. (*d. a. ex 20. hujus.*) *Dupl. Comm.* S. Pantaleonis Martyris.
f	v	28	SS. Nazarii & Soc. Mart. ac Innocentii I. Papæ & Conf. *Semid.*
g	iv	29	S. Marthæ Virg. *Dupl. Comm.* SS. Felicis II. Papæ & Soc. Mart.
A	iii	30	Comm. SS. Mart. & aliorum quorum Corp. & Reliq. in Eccl. Ord. asservant. *Dupl. in App. Comm.* SS. Abdon & Sennen Martyrum.
b	Prid.	31	S. Ignatii de Loyola Conf. *Duplex.*
			Dominica I. Julii. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. *Duplex 2. classis.*

Augustus.

c	Kal.	1	S. Petri ad Vincula. *Duplex majus. Comm.* S. Pauli Ap. ac SS. Machabæorum Martyrum.
d	iv	2	S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Episc. Conf. & Eccl. Doct. *Duplex. Comm.* S. Stephani I. Papæ & Martyris.
e	iii	3	Inventio S. Stephani Protomartyris. *Semiduplex.*
f	Prid.	4	† S. Dominici Conf. *Duplex majus.*
g	Non.	5	Dedicatio S. Mariæ ad Nives. *Duplex majus.*
A	viii	6	TRANSFIGURATIO D. N. J. C. Titul. Archibas. Later. *Dupl. 1. cl. cum Oct.*
b	vii	7	S. Cajetani Conf. *Dupl. Comm.* Oct. & S. Donati Ep. & M.
c	vi	8	SS. Cyriaci, Largi & Smaragdi Mart. *Semid. Comm.* Oct.
d	v	9	S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ, Viduæ. *(d. a. ex 8. Jul.) Semiduplex. Comm.* Oct., Vigiliæ & S. Romani Mart.
e	iv	10	S. Laurentii Martyris. *Duplex 2. classis cum Octava.*
f	iii	11	† S. Henrici Imperat. Conf. *(d. a. ex 15. Jul.) Semid. Comm.* 2. Oct. ac SS. Tiburtii & Susannæ Mart.
g	Prid.	12	S. Claræ Virginis. *Duplex. Comm.* 2. Oct.
A	Idib.	13	Octava Transfigurationis *Dupl. Comm.* Oct. S. Laur., SS. Hippolyti & Cassiani Mart. & S. Simpliani Ep. & Conf.
b	xix	14	De Octava S. Laurentii Mart. *Semid. Comm.* Vigiliæ & S. Eusebii Conf.
c	xviii	15	ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS. *Dupl. 1. cl. cum Oct.*
d	xvii	16	† S. Alipii Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* 2. Oct.
e	xvi	17	Octava S. Laurentii Mart. *Dupl. Comm.* Oct. Assumptionis.
f	xv	18	S. Helenæ Imp. Vid. *Dupl.* B. L. *Comm.* Oct. & S. Agapiti Martyris.
g	xiv	19	† S. Hyacinthi Conf. *(d. a. ex 16. huj.) Dupl. Comm.* Oct.

A	xiii	20	S. Bernardi Abbatis & Eccl. Doct. *Duplex. Comm.* Oct.
b	xii	21	S. Joannæ Franciscæ Viduæ. *Duplex. Comm.* Octavæ.
c	xi	22	Octava Assumptionis B. M. V. *Duplex. Comm.* SS. Timothei & Soc. Martyrum.
d	x	23	S. Philippi Benitii Conf. *Duplex. Comm.* Vigiliæ.
e	ix	24	S. Bartholomæi Apostoli. *Dupl. 2. classis.*
f	viii	25	S. Gregorii Episc. & Conf. *Dupl.* *Romæ et Alibi.*
		24	† S. Gregorii Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* Vigiliæ.
		25	S. Bartholomæi Apostoli. *Dupl. 2. classis.*
g	vii	26	S. Ludovici Francorum Regis, Conf. *Dupl. Comm.* S. Zephirini Papæ & Mart.
A	vi	27	† S. Josephi Calasanctii Conf. *Dupl. Comm.* Vigiliæ.
b	v ✠	28	S. P. N. AUGUSTINI, Episc. Conf. & Eccl. Doct. *Duplex 1. classis. Comm.* cum Oct.
c	iv	29	Decollatio S. Joannis Baptistæ. *Duplex majus. Comm.* Oct.
d	iii	30	S. Rosæ Limanæ Virginis. *Duplex. Comm.* Oct. & SS. Felicis & Adaucti Martyrum.
e	Prid.	31	† S. Raymundi Nonnati Conf. *Duplex. Comm.* Octavæ.
			Dominica infra Oct. Assumptionis. S. Joachim Confessoris, Patris B. Mariæ V. *Dupl. 2. classis.*

September.

f	Kal.	1	S. Sabinæ Mart. *Dupl.* B. L. *Comm.* Oct., S. Ægidii Abbatis & SS. Duodecim Fratrum Mart.
g	iv	2	† S. Stephani Hungariæ Regis, Conf. *Semid. Comm.* Oct.
A	iii	3	De Octava. *Semid.*
b	Prid.	4	Octava S. P. Augustini. *Dupl.*
c	Non.	5	† S. Laurentii Justiniani Episc. & Conf. *Dupl.* Anniversarium Canonicor., Fratr., Propinquor. & Benefactor. Ordinis nostri. *Dupl.*
d	viii	6	S. Læti & Soc. EE. & MM. *Dupl.*
e	vii	7	S. Emirtii Episc. & Conf. *Dupl.*
f	vi	8	Nativitas B. Mariæ Virg. *Duplex 2. classis cum Octava. Comm.* S. Adriani Martyris.
g	v	9	S. Sergii Papæ & Conf. *Dupl. Comm.* Oct. & S. Gorgonii M.
A	iv	10	S. Nicolai de Tolentino Conf. *Duplex. Comm.* Octavæ.
b	iii	11	† S. Petri Piperacens. Conf. *Dupl. Comm.* Oct. ac SS. Proti & Soc. Mart.
c	Prid.	12	De Octava. *Semid.*

d	Idib.	13	De Octava. *Semid.*
e	xviii	14	Exaltatio S. Crucis. *Duplex majus. Comm.* Octavæ.
f	xvii	15	Octava Nativit. B. M. V. *Dupl. Comm.* S. Nicomedis Mart.
g	xvi	16	S. Euphemiæ Virg. & Mart. *Dupl.* B. L. *Comm.* SS. Luciæ & Geminiani Martyrum.
A	xv	17	S. Petri de Arbues Mart. *Dupl.*
b	xiv	18	S. Josephi a Cupertino Conf. *Duplex.*
c	xiii	19	SS. Januarii Episcopi & Sociorum Martyrum. *Dupl.*
d	xii	20	SS. Eustachii & Sociorum Mart. *Dupl. Comm.* Vigiliæ.
e	xi	21	S. Matthæi Apostoli et Evangelistæ. *Duplex 2. classis.*
f	x	22	† S. Thomæ de Villanova Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* SS. Mauritii & Sociorum Mart.
g	ix	23	S. Lini Papæ & Mart. *Semid. Comm.* S. Theclæ Virg. Mart.
A	viii	24	B. Mariæ Virginis de Mercede. *Duplex majus.*
b	vii	25	S. Firmini Episc. & Mart. *Dupl.*
c	vi	26	SS. Cypriani & Justinæ Virginis, Martyrum. *Dupl.* B. L.
d	v	27	SS. Cosmæ & Damiani Martyrum. *Semiduplex.*
e	iv	28	S. Wenceslai Ducis Martyris. *Semiduplex.*
f	iii	29	Dedicatio S. Michaelis Archangeli. *Duplex 2. classis.*
g	Prid.	30	S. Hieronymi Presbyteri, Conf. & Eccl. Doctoris. *Duplex.* *Dominica infra Octavam Nativit. B. M. V.* Ss. Nominis ejusdem B. Mariæ V. *Duplex majus.* *Dom. III. Sept.* Septem Dolorum B. M. V. *Dupl. maj.*

October.

A	Kal.	1	Translatio S. Remigii Episcopi & Confessoris. *Duplex.*
b	vi	2	SS. Angelorum Custodum. *Duplex majus.*
c	v	3	† S. Beregisi Abb. *Duplex.*
d	iv	4	S. Francisci de Assisio Conf. *Duplex majus.*
e	iii	5	† S. Thomæ Ep. & Conf. *Dupl. Comm.* SS. Placidi & Soc. M.
f	Prid.	6	S. Brunonis Confessoris. *Duplex.*
g	Non.	7	SS. Cornelii Papæ & Cypriani Episc. Mart. *Dupl. Comm.* S. Marci Papæ & Conf. ac SS. Sergii & Soc. Mart.
A	viii	8	S. Birgittæ Viduæ. *Duplex.*
b	vii	9	S. Dionysii Areopagitæ Episc. & Mart. *Dupl.* B. L.
c	vi	10	S. Joannis Conf. *Dupl.*
d	v	11	Translatio I. S. P. N. Augustini. *Dupl.*
e	iv	12	† S. Cerbonii Episc. & Conf. *Dupl.*
f	iii	13	† S. Eduardi Regis Conf. *Dupl.*
g	Prid.	14	S. Gaudentii Episc. & Mart. *Dupl.*
A	Idib.	15	S. Teresiæ Virginis. *Duplex.*

b	xvii	16	† Impressio Stigmat. S. Francisci. *(d. a. ex 17. Sept.) Dupl.*
c	xvi	17	S. Hedwigis Reg. Viduæ. *Semiduplex.*
d	xv	18	S. Lucæ Evangelistæ. *Dupl. 2. classis.*
e	xiv	19	† S. Petri de Alcantara Conf. *Duplex.*
f	xiii	20	S. Joannis Cantii Conf. *Duplex.*
g	xii	21	SS. Ursulæ & Soc. Virg. Mart. *Dupl. in App. Comm.* S. Hilarionis Abbatis.
A	xi	22	S. Mariæ Salome Vid. *Dupl.* B. L.
b	x	23	S. Callisti Papæ & Martyris. *(d. a. ex 14. hujus.) Dupl.*
c	ix	24	S. Raphaelis Archangeli. *Dupl. majus. in App.*
d	viii	25	SS. Chrysanthi & Dariæ Martyrum. *Dupl.* B. L.
e	vii	26	S. Fulci Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* S. Evaristi Pap. & Mart.
f	vi	27	SS. Rustici & Eleutherii Martyrum *(d. a. ex 9. hujus.) Semid.* B. L. *Comm.* Vigilia.
g	v	28	SS. Simonis et Judæ Apostolorum. *Duplex 2. classis.*
A	iv	29	† S. Francisci Borgiæ Conf. *(d. a. ex 10. hujus.) Semid.*
b	iii	30	
c	Prid.	31	S. Wolgangi Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* Vigiliæ. *Dom. I. Octobr.* SS. Rosarii B. M. V. *Dupl. 2. classis.* *Dom. II. Octobr.* Puritatis B. M. V. *Dupl. majus. in App.* *Dom. III. Octobr.* DEDICATIO OMNIUM ECCLESIARUM ORDINIS. *Dupl. 1. classis cum Oct.* *Dom. IV. Octobr.* Octava Dedicat. Omn. Eccl. Ordin. *Dupl.*

November.

d	Kal.	1	OMNIUM SANCTORUM. *Duplex 1. classis cum Octava..*
e	iv	2	S. Cæsarii Diac. Mart. *Dupl.* B. L. *Comm.* Octavæ. Commemorat. Omnium Fidelium Defunctorum. *Dupl.*
f	iii	3	S. Malachiæ Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* Octavæ.
g	Prid.	4	S. Caroli Borromæi Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* Octavæ & SS. Vitalis & Agricolæ Martyrum.
A	Non.	5	S. Guiraudi Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* Octavæ.
b	viii	6	S. Zachariæ Conf. Patr. Præcurs. Domini. *Dupl.* B. L. *Comm.* Octavæ.
c	vii	7	De Octava. *Semidupl.*
d	vi	8	Octava Omnium Sanctorum. *Dupl. Comm.* SS. Quatuor Coronatorum Martyrum.
e	v ✠	9	DEDICATIO SACROS. ARCHIB. SS. SALVATORIS LAT. Titularis nostræ Congregationis. *Dupl. 1. classis cum Octava.*

f	iv	10	Passio Imaginis Domini Salvatoris Contitul. nostræ Congregat. *Dupl. 2 cl. cum Oct. Comm.* SS. Tryphonis & Soc. MM.
g	iii	11	S. Martini Episc. & Conf. *Duplex. Comm.* 2 Oct., Basil. & Imag.
A	Prid.	12	S. Rufi Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* 2 Oct.
b	Idib.	13	S. Floridi Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* 2 Oct. ac S. Didaci Conf. *Semid. imped.*
c	xviii	14	S. Laurentii Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* 2 Oct.
d	xvii	15	S. Gertrudis Virginis. *Duplex. Comm.* 2 Oct.
e	xvi	16	Octava Dedicationis. *Dupl.* B. L. *Comm.* Oct. Imag.
f	xv	17	Octava Passionis Imaginis. *Dupl.*
g	xiv	18	Dedicatio Basilicarum SS. Petri & Pauli Apostol. *Duplex.*
A	xiii✠	19	† Translat. S. Frigdiani Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* S. Pontiani Pap. & Mart.
b	xii	20	† S. Gelasii Pap. & Conf. *Dupl.*
c	xi	21	Præsentatio B. Mariæ Virginis. *Duplex majus.*
d	x	22	S. Cæciliæ Virginis & Martyris. *Duplex.*
e	ix	23	S. Trudonis Conf. *Dupl. Comm.* S. Felicitatis Mart.
f	viii	24	† Translat. S. Prosperi Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* S. Chrysogoni Mart.
g	vii	25	S. Catharinæ Virginis & Martyris. *Duplex.*
A	vi	26	S. Petri Alexandrini Episc. & Martyris. *Dupl.*
b	v	27	† S. Eucherii Episc. & Conf. *Dupl.*
c	iv	28	S. Papiniani & Soc. EE. ac Mart. *Dupl.*
d	iii	29	S. Romani Diac. Mart. *Dupl. Comm.* Vig. & S. Saturnini M.
e	Prid.	30	S. Andreæ Apostoli. *Duplex 2. classis.*
f			*Dom. proximiori Kal. Nov. (eaque impedita dupl. 1. vel 2. cl., die 7. Nov.)* Maternit. B. M. V. *dupl. maj. in App.*

December.

f	Kal.	1	S. Diodori & Soc. Mart. *Dupl.* B. L.
g	iv	2	† S. Aniani Episc. & Conf. *Dupl. Comm.* S. Bibianæ Virg. Mart. *Semid. imped.*
A	iii	3	S. Petri Chrysologi Episc. Conf. & Eccl. Doctoris. *Duplex.*
b	Prid.	4	S. Barbaræ Virg. & Mart. *Dupl.* B. L.
c	Non.	5	† S. Andreæ Avellini Conf. (*d. a. ex 10. Nov.*) *Dupl. Commem.* S. Sabbæ Abbatis.
d	viii	6	S. Nicolai Episc. & Conf. *Duplex.*
e	vii	7	† S. Ambrosii Episc. Conf. & Eccl. Doct. *Dupl. In Missa non convent. Comm.* Vigiliæ.

f	vi	8	IMMACULATA CONCEPTIO B. MARIÆ VIRGINIS. *Dupl. 1. classis cum Octava.*
g	v	9	S. Josaphat Ep. & Mart. (*d. a. ex 14. Nov.*) *Dupl. Comm.* Oct.
A	iv	10	Translat. Almæ Domus Lauretanæ B. M. V. *Dupl. majus. Comm.* S. Melchiadis Pap. & Mart.
b	iii	11	S. Damasi I. Pap. & Conf. *Dupl. Comm.* Octavæ.
c	Prid.	12	† S. Gregorii Thaumaturgi Ep. & Conf. (*d. a. ex 17. Nov.*) *Dupl. Comm.* Oct.
d	Idib.	13	S. Luciæ Virginis & Martyris. *Duplex. Comm.* Octavæ.
e	xix	14	S. Joannis a Cruce Conf. (*dies obitus*) *Dupl. Comm.* Oct.
f	xviii	15	Octava Immaculatæ Conceptionis B. M. V. *Duplex.*
g	xvii	16	S. Eusebii Episcopi & Martyris. *Duplex.*
A	xvi	17	S. Elisabeth Reg. Vid. (*d. a. ex 19. Nov.*) *Dupl.*
b	xv	18	Exspectatio Partus B. M. V. *Dupl. majus. in App.*
c	xiv	19	† S. Felicis de Valois Conf. (*d. a. ex 20. Nov.*) *Duplex.*
d	xiii	20	S. Clementis I. Pap. & Mart. (*d. a. ex 23. Nov.*) *Duplex. In Missa Comm.* Vigiliæ.
e	xii	21	S. Thomæ Apostoli. *Duplex 2. classis.*
f	xi	22	† S. Francisci Xaverii Conf. (*d. a. ex 3. hujus.*) *Duplex.*
g	x	23	S. Martini I. Papæ & Martyris. (*d. a. ex 12. Nov.*) *Semid.*
A	ix	24	Vigilia.
b	viii	25	NATIVITAS D. N. JESU CHRISTI. *Duplex 1. cl. cum Oct. privil.*
c	vii	26	S. Stephani Protomartyris. *Duplex 2. classis cum Octava. Comm.* Octavæ Nativitatis.
d	vi	27	S. Joannis Apostoli et Evangelistæ, Contitul. Archib. Lat. *Duplex 1. classis cum Oct.* B. L. *Comm.* Oct. Nat. *tantum.*
e	v	28	SS. Innocentium Martyrum. *Duplex 2. classis cum Octava. Comm.* 3 Oct.
f	iv	29	S. Thomæ Cantuariensis Episc. & Mart. *Duplex. Comm.* 4 Oct.
g	iii	30	S. Silvestri Abb. (*d. a. ex 26. Nov.*) *Dupl. Comm.* Dom. inf. Oct. Nat. *nisi hæc occ. die 29 ac 31,* & Octav.
A	Prid.	31	S. Silvestri I. Papæ & Conf. *Duplex. Comm.* 4 Octavarum.

OFFICIA PROPRIA SANCTORUM

PRO CANONICIS ET CANONISSIS REGULARIBUS

SANCTI AUGUSTINI

Commemoratio S. P. Augustini.

Prima die non impedita cujuslibet mensis ut habetur in calce hujus libri.

FESTA NOVEMBRIS.

28. SS. Papiniani et Sociorum Ep. et Mart.

Duplex.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui sanctis Pontifícibus tuis Papiniáno & Sóciis pro Unigénito tuo pati posse concessísti : concéde ; ut glóriam sempitérnam, quam ipsi dimicándo sunt consecúti, nos quoque percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

---

29. S. Romani Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui beátum Románum Mártyrem summa constántia in passióne roborásti : concéde nobis, quæsumus ; ex ejus intercessióne forti ánimo pro tui nóminis glória advérsa ómnia toleráre. Per Dóminum.

FESTA DECEMBRIS.

2. S. Aniani Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

MAJESTATEM tuam, Dómine, supplíciter exorámus : ut, sicut hodiérna beáti Aniáni Confessóris tui atque Pontificis festivitáte gaudémus ; ita júgiter illíus apud te précibus adjuvémur. Per Dóminum.

3. *alias* 4. S. Petri Chrysologi Episc., Conf. et Ecclesiæ Doctoris. *Duplex.*

M. S. *nisi habeat I. Vesperas.*

Ad Magnif. Aña. O Doctor... beáte Petre Chrysóloge. [46].

Oratio.

CLEMENTISSIME Deus, qui beátum Petrum Pontíficem tuum & áureæ locutiónis vena, & sanctitátis exímiæ lumínibus decorásti : concéde propítius ; ut & ejus sapiéntiæ fulgóribus & virtútum exémplis foveámur. Per Dóminum.

12. S. Theodori Martyris. *Semid.*

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Theodóri Mártyris tui confessióne gloriósa circúmdas & prótegis : præsta nobis ex ejus imitatióne proficere, & oratióne fulciri. Per Dóminum.

14. S. Agnelli Abbatis. *Semid.*

Oratio.

DEUS, qui beáti Agnélli ánimam cæléstia regna penetráre fecísti : fac nos quæsumus ; ipsíus méritis & intercessióne, íntegros mente & córpore, ei felíciter in glória sociári. Per Dóminum.

16. S. Eusebii Episc. et Mart. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, tuórum glória famulórum, qui beátum Eusébium Mártyrem tuum atque Pontíficem exímia virtúte roborásti : da nobis ejus intercessióne de vitiórum ómnium assúltibus triumpháre. Per Dóminum.

23. S. Paterniani Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, solemnitátem hujus diéi intuére : & Ecclésiam tuam beáti Paterniáni Confessóris atque Pontíficis contínua fac celebritáte gaudére, omniúmque in te credéntium vota perfícias. Per Dóminum.

29. S. Thomæ Episc. et Mart. *Duplex.*

Omnia ut in Antiphonario, 200.

FESTA JANUARII.

19. S. Melanii Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

OMNIPOTENS & misércors Deus, cleméntiam tuam súpplices exorámus ; ut beáti Confessóris tui atque Pontíficis Melánii, cujus festa celebrámus, sentiámus auxílium. Per Dóminum.

22. S. Gaudentii Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi ; & intercedénte beáto Gaudéntio Confessóre tuo atque Pontífice, contra cuncta nobis adversántia déxteram tuæ defensiónis exténde. Per Dóminum.

23. S. Ildephonsi Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui per gloriosíssimam Fílii tui Matrem beátum Ildefónsum Confessórem tuum atque Pontíficem, misso de thesáuris cæléstibus múnere, decorásti : concéde propítius ; ut per ejus preces & mérita, múnera capiámus ætérna. Per eúmdem Dóminum.

26. Anniversarium Parentum Canonicorum, et Fratrum Ordinis Nostri.

Vesperæ et totum Officium Defunctorum sub ritu duplici, [103].

Oratio.

DEUS, qui nos patrem & matrem honoráre præcepísti : miserére cleménter animábus paréntum nostrórum, eorúmque peccáta dimítte ; nosque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

29. S. Aquilini Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, pro cujus fide beátus Aquilínus gládiis impiórum occúbuit : præsta quæsumus ; ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárem consequántur effectum. Per Dóminum.

FESTA FEBRUARII.

1. S. Brigidæ Virginis. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui nos hodiérna die beátæ Brígidæ Vírginis tuæ ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut ejus adjuvémur méritis, cujus castitátis irradiámur exémplis. Per Dóminum.

3. S. Blasii Episc. et Martyris.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Blásii, Mártyris tui atque Pontíficis ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus de ejúsdem étiam protectióne gaudéamus. Per Dóminum.

4. S. Gilberti Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

CONCEDE, quæsumus, omnípotens Deus, ut ad meliórem vitam beáti Gilbérti Confessóris exémpla nos próvocent ; ut cujus solémnia cólimus, per ejus ad te mérita gradiámur. Per Dóminum.

6. S. Guarini Episc. et Confessoris. *Dupl.*

Oratio.

EXAUDI nos, omnípotens & misércors Deus : & intercessióne beáti Guaríni, Confessóris tui atque Pontíficis, tuæ grátiæ salutáris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

8. S. Inventii Episc. et Confessoris.

Duplex.

Oratio.

ADJUVET famíliam tuam, quæsumus, Dómine, sancti Confessóris tui atque Pontíficis Invéntii intercéssio gloriósa ; ut pius exorátor evádat qui tui nóminis egrégius éxstitit prædicátor : Qui vivis & regnas.

9. S. Vedasti Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

EXAUDI Dómine preces nostras : &, intercedénte pro nobis beáto Pontífice & Confessóre tuo Vedásto, semper nos tuis defénde præsídiis. Per Dóminum.

11. *alias* 16. S. Israelis Confessoris.

Duplex. M. S.

Oratio.

PROPITIARE, Dómine, fámulis tibi supplicántibus : & intercedénte beáto Israéle Confessóre tuo, eis lumen tuæ veritátis osténde ; ut quæ tibi plácita sunt agnóscant, & tota virtúte perfíciant. Per Dóminum.

13. S. Gregorii II. Papæ et Conf. *Dupl.*

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui nos hunc diem glorificatióne beáti Pontíficis & Confessóris tui Gregórii celebráre concédis : tríbue nobis, quæsumus, & cum eódem ad cæléstis regni gáudia pervenire. Per Dóminum.

17. S. Danielis Levitæ et Mart.

Semiduplex.

Oratio.

DEUS, qui beátum Daniélem Mártyrem tuum virtúte constántiæ in passióne roborásti : concéde, quæsumus; ut ejus intercessióne in tuo semper amóre roborémur. Per Dóminum.

Eadem die.

S. Theobaldi Confessoris.

Duplex. M. S.

Oratio.

MAJESTATI tuæ, Dómine, nos beáti Theobáldi Confessóris tui precátio sancta concíliet : ut, quem venerámur laudis obséquio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

18. S. Theotonii Confessoris. *Dupl.*

Oratio.

SANCTUS tuus, Dómine, Theotónius sua nos intercessióne lætíficet : & pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum.

23. S. Abilii Episc. et Conf. *Dupl.*

M. S. *nisi habeat I. Vesperas.*

Oratio.

EXAUDI, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Abílii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

25. *vel* 26. S. Felicis III. Papæ et Conf.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui sanctum Felícem Pontíficem tuum exímio ánimi róbore, ad Ecclésiæ tuæ tutámen communísti : præsta nobis, quæsumus, ejus auxílio & imitatióne, ingruéntes vitiórum ómnium assúltus superáre. Per Dóminum.

¶ *Anno bissextili dies propria S. Felicis erit die 26. Februarii.*

27. *vel* 28. S. Leandri Episc. et Conf.

Duplex.

Oratio.

SEMPITERNE Deus, qui hunc diem beáti Leándri Confessóris atque Pontíficis tui glória collustrásti ; præsta nobis, quæsumus ; ut cujus celebritáte gaudémus, ejus patrocínio tuæ pietátis múnera consequámur. Per Dóminum.

¶ *Anno bissextili dies propria S. Leandri erit die 28. Februarii.*

Die 28. vel 29. Februarii.

Translationis II. S. P. Augustini
Episc. Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

Omnia de Comm. Conf. Pont., [37], *præter sequentia.*

Capitula, Hymni et Versiculi ut in ejusdem S. Augustini solemnitate, 28 Augusti, 53*.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Aña.



Oratio.

MAGNIFICET te Dómine, sancti Confessóris tui atque Pontíficis Augustíni veneránda Translátio : qua illi honórem, & nobis opem ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.





¶ *Anno bissextili dies propria Translationis S. Augustini erit dies 29. Februarii.*

FESTA MARTII.

1. S. Herculani Episc. et Mart. *Dupl.*

Oratio.

PERFICE, quæsumus Dómine, pium in nobis sanctæ religiónis afféctum : &, ad obtinéndam tuæ grátiæ largitátem, beátus Martyr & Póntifex Herculánus suis apud te semper pro nobis précibus intercédat. Per Dóminum.

---

2. S. Albini Episc. et Conf. *Duplex.*

M. S. *nisi habeat I. Vesperas.*

Oratio.

DEUS, qui beátum Albínum Confessórem tuum atque Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coæquásti : concéde propítius ; ut, qui commemoratiónis ejus festa recólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

✠ Die 5. Martii.

Omnium Sanctorum Canonicorum Regularium.

Duplex 2. classis.

Hoc signum ✠ indicat eo die Indulgentiam plenariam perpetuo singulis Ecclesiis totius Congregationis etiam Canonissarum.

In I. Vesperis.

Ańa. Laudémus. *cum reliquis de Laudibus; Psalmi de Dominica; et loco ultimi, Ps.* Laudáte Dóminum omnes gentes.

Capitulum. *Eccli. 44.*

LAUDEMUS viros gloriósos & paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a sæculo.

Hymnus. 1.

CÆLITUM prin-ceps tu- a, Christe, laus est, Quot leves mundi fú-gi-tant honó-res, Totque ju-rá- tis ti-bi consecrántur Agmi-na vo-tis. 2. Hac vi- a nostras meru- ére laudes, Quos amor cæ- li ví-ti- is pro-fánæ Ple- bis ex-é-mit, Canonúmque cul-tus Addi-dit astris. 3. Hac De- o red-di pá-

ri-ter studémus, Sed pa-rem no- bis da-te vim sequéndi, Quos patres vi- tæ be-ne di-ri-géndæ Ri- te vo-cámus. 4. Clé-ri-ci per nos da-te ne te-péscant, Neu su- i ri- tus mi-nu- ántur a- ris; Fló- re- at vestrum de-cus, & fu-tú-ros Imple- at annos. 5. Sit de-cus Pa-tri, ge-ni-tæque Pro-li, Et ti-bi compar utri- úsque virtus, Spí- ri-tus semper, De- us unus, omni Témpo-ris ævo. A- men.

℣. Lætámini in Dómino & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G

LUX perpé-tu- a lu-cé-bit sanctis tu- is Dómi-ne & æ-tér- ni-tas témpo-rum. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. 2.









patres vestri, pro-ba-vé-runt & vi-dé-runt ópe-ra me- a. *Quia.



Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu- ic,



& di-xi : Semper hi errant corde : ipsi ve-ro non co-



gno-vé-runt vi- as me- as, qui-bus ju-rá-vi in i-ra me- a,



si intro- í-bunt in réqui- em me- am. ℣. Regem.



Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi- rí- tu- i Sancto.



Sic-ut e-rat in princí-pi- o, & nunc, & semper, & in

sæcu-la sæcu-ló-rum. A-men. * Quia. *Repetitur :* Regem.

Hymnus. Cælitum princeps. *ut supra ad Vesperas,* 10*.

IN I. NOCTURNO.

1. Aña. 1. D



I N le- ge Dómi-ni fu- it vo-lúntas e-



ó- rum, & in lege e- jus me-di-tá-ti sunt di- e ac nocte.



E u o u a e.

Psalmus 1.

BEATUS vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo :

Et fólium ejus non défluet : * & ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * & iter impiórum períbit.

2. Aña. 7. c



T Amquam aurum in forná-ce probá-vit e-lé-ctos Dó-



mi-nus ; & qua-si ho-locáusta accé-pit e- os in æ-ternum.



E u o u a e.

Psalmus 2.

QUARE fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia ?

Adstitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit

eos : * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite : * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * & exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Glória Patri.

3. Aña. 3. c



Psalmus 23.

DOMINI est terra, & plenitúdo ejus : * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? * aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles : * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prœlio.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles : * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

℣. Lætámini in Dómino, & exsultáte justi.
℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Responsorium 1.

8.



Responsorium 2.

2.





Responsorium 3.





IN II. NOCTURNO.



Psalmus 46.

OMNES gentes pláudite mánibus : * jubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis : * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis : * & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditátem suam : * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo, * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite : * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus : * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham : * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

2. Aña. 8. G



Psalmus 60.

EXAUDI Deus deprecatiónem meam : * inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi : * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea : * turris fortitúdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sæcula : * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu Deus meus exáudísti oratiónem meam : * dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies : * annos ejus usque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei : * misericórdiam & veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi : * ut reddam vota mea de die in diem.

3. Aña. 8. G



Psalmus 83.

QUAM dilécta tabernácula tua Dómine virtútum! * concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum : * rex meus, & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine : * in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxílium abs te : * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus : * & réspice in fáciem Christi tui :

Quia mélior est dies una in átriis tuis, * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei : * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus : * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia : * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei.
℟. Et delecténtur in lætítia.

Responsorium 4.

2.



Responsorium 5.

7.





Responsorium 6.





IN III. NOCTURNO.

1. Aña. 3. à



Psalmus 84.

BENEDIXISTI Dómine terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ : * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster : * & avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis ? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem ?

Deus tu convérsus vivificábis nos : * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam : * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est : * & justítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem : * & terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit : * & ponet in via gressus suos.

2. Aña.
8. G



Psalmus 91.

BONUM est confitéri Dómino : * & psállere nómini tuo Altíssime.

Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam : * & veritátem tuam per noctem.

In decachórdo, psaltério : * cum cántico, in cíthara.

Quia delectásti me Dómine in factúra tua : * & in opéribus mánuum tuárum exsultábo.

Quam magnificáta sunt ópera tua Dómine ! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet : * & stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum : * & apparúerint omnes, qui operántur iniquitátem :

Ut intéreant in sæculum sæculi : * tu autem Altíssimus in ætérnum Dómine.

Quóniam ecce inimíci tui Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt : * & dispergéntur omnes, qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum : * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos : * & in insurgéntibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Justus ut palma florébit : * sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri florébunt.

Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi : * & bene patiéntes erunt, ut annúntient :

Quóniam rectus Dóminus Deus noster : * & non est iniquitas in eo.

3. Aña.
4. A



Psalmus 96.

DOMINUS regnávit, exsúltet terra : * læténtur ínsulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus : * justítia & judícium corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum prædédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, & commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli justítiam ejus : * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant sculptília : * & qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli ejus : * audívit, & lætáta est Sion.

Et exsultavérunt fíliæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram : * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odite malum : * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini justi in Dómino : * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.
℟. Et apud Dóminum est merces eórum.

Responsorium 7.

6.





pérma-nent bo- na : * Hæ-ré-di-tas san- cta ne- pó- tes



e- ó- rum. ℣. Fí- li- i e- ó- rum propter



il- los usque in æ- ternum ma- nent. * Hæ-ré-di-tas.

Responsorium 8.

1.



PRo- pter te- sta- méntum Dó- mi-ni & le-ges



pa-tér- nas, sancti De- i persti- té- runt in amó- re



fra- ter-ni- tá- tis : * Qui- a u- nus fu- it semper spí-ri-



tus in e- is, & u- na fi- des. ℣. Ec-



ce quam bonum & quam ju- cúndum, ha-bi-tá-re fra-



tres in u- num ! * Qui- a. Gló-ri- a Pa-tri, & Fí-



li- o, & Spí-ri- tu- i San- cto. * Qui- a.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. g



AUDEMUS vi-ros glo-ri- ó-sos, & pa-rén-



tes nostros in ge-ne-ra-ti- ó-ne su- a. E u o u a e.

Psalmus 92.

DOMINUS regnávit, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine : * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris : * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

2. Aña. 7. a



OMnes isti in ge-ne-ra-ti- ó-ni-bus gentis su- æ



gló-ri- am a-dépti sunt, & in di- é-bus su- is ha-béntur in



láudi-bus. E u o u a e.

Psalmus 99.

JUBILATE Deo omnis terra : * servite Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Pópulus ejus, & oves páscuæ ejus : * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, * & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Glória Patri.

3. Aña. 1. f



Psalmus 62.

DEUS Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta & ínvia & inaquósa : * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea : * & lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutínis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, adhæsit ánima mea post te : * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 66.

DEUS misereátur nostri, & benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exsúltent gentes : * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dirigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * & métuant eum omnes fines terræ.

4. Aña. 1. a



Canticum trium puerorum.

Dan. 3. e.

BENEDICITE ómnia ópera Dómini Dómino : * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedícite cæli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt Dómino : * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol & luna Dómino : * benedícite stellæ cæli Dómino.

Benedícite omnis imber & ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis & æstus Dómino : * benedícite frigus & æstus Dómino.

Benedícite rores & pruína Dómino : * benedícite gelu & frigus Dómino.

Benedícite glácies & nives Dómino : * benedícite noctes & dies Dómino.

Benedícite lux & ténebræ Dómino : * benedícite fúlgura & nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes & colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária & flúmina Dómino.

Benedícite cete & ómnia quæ movéntur in aquis Dómino : * benedícite omnes vólucres cæli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ & & pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * laudet & superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus & ánimæ

justórum Dómino : * benedícite sancti & húmiles corde Dómino.

Benedícite Anania, Azaría, Misael Dómino : * laudáte & superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem & Fílium cum Sancto Spíritu : * laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli : * & laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória Patri, *neque* Amen.

5. Aña. 1. g



Psalmus 148.

LAUDATE Dóminum de cælis : * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol & luna : * laudáte eum omnes stellæ & lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : * & aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt : * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum & in sæculum sæculi : * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus :

Montes, & omnes colles : * ligna fructífera & omnes cedri ;

Béstiæ & univérsa pécora : * serpéntes & vólucres pennátæ ;

Reges terræ & omnes pópuli : * príncipes & omnes júdices terræ ;

Júvenes & vírgines : senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Confessio ejus super cælum & terram : * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * fíliis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149

CANTATE Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum : * & fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & psaltério psallant ei :

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * & gládii ancípites in mánibus eórum ;

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * & nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

LAUDATE Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus : † laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Capitulum. *Eccli. 44.*

LAUDEMUS viros gloriósos & paréntes nostros in generatióne sua. Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntia sua a sæculo.

Hymnus.

1.







℣. Exsultábunt sancti in glória.
℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Benedictus, Antiphona.

1. f

E u o u a e.

Canticum Zachariæ.

Luc. 1. g.

BENEDICTUS Dóminus Deus Israel : * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, * & de manu ómnium qui odérunt nos :

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * & memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum : * datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi :

In sanctitáte & justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, prophéta Altíssimi vocáberis : * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Oratio.

DEUS, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : ad amórem tuum nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Omnes isti.

Capitulum. Laudémus. *ut supra.*

℟. br.

LÆ-támi-ni in Dómi-no, * Et exsul-tá- te justi.

Læ-támi-ni. ℣. Et glo-ri- ámi-ni omnes recti corde. * Et exsul-

tá- te. ℣. Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

℟. Lætámini.

Ad Sextam. *Aña.* Córpora Sanctórum.

Capitulum. *Eccli. 44.*

OMNES isti in generatiónibus gentis suæ glóriam adépti sunt, & in diébus suis habéntur in láudibus.

℟. br.

EXsultent justi * In conspé- ctu De- i. Exsúltent.



℣. Et de-lecténtur in læ-ti-ti- a. * In. ℣. Gló-ri- a Patri.

℟. Exsúltent.

Ad Nonam. *Aña.* Sapiéntiam.

Capitulum. *Eccli. 44.*

HI sunt viri misericórdiæ quorum pietátes non defuérunt; cum sémine eórum pérmanent bona, hæréditas sancta nepótes eórum.

℟. br.

JUsti au-tem * In perpé- tu- um vi-vent. Justi. ℣. Et



a-pud Dóminum est merces e- ó-rum. * In. ℣. Gló-ri- a Patri.

℟. Justi autem.

In II. Vesperis.

Aña. Laudémus. *cum reliquis de Laudibus, 27*; Ps. de Dominica, et loco ultimi, Ps.* Crédidi. [10].

Capitulum et Hymnus ut in I. Vesperis, 10*

℣. Exsultábunt sancti in glória.

℟. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. f

SAncti & ju-sti, in Dómi-no gaudé-te : vos e-lé-



git De- us in hæ-re-di-tá- tem si-bi. E u o u a e.

Oratio. Deus, qui nos cónspicis. *ut supra.*

Et fit comm. sequentis.

6. S. Ollegarii Episc. et Confessoris. *Dupl.*

Oratio.

DEUS, qui ánimam beáti Ollegárii, Confessóris tui atque Pontíficis, in cælis cum Christo regnántem, & corpus in terris íntegrum illæsum consérvas : concéde propítius ; ut ejus intercessióne ita in hoc mundo vivámus, ut cum Christo in glória regnáre valeámus. Qui tecum vivit & regnat.

13. S. Ansovini Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Ansovíni Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

15. S. Zachariæ Papæ et Conf. *Duplex.*

Oratio.

BENIGNISSIME Deus, tríbue nos semper & ubíque gloriósi Pontíficis tui Zachariæ muníri suffrágiis : ut ejus opitulántibus méritis, famulátus nostri obséquia tibi reddántur accépta. Per Dóminum.

16. S. Fuscæ Virginis et Martyris. *Semid.*

Oratio.

INDULGENTIAM nobis, quæsumus Dómine, beáta Fusca Virgo & Martyr implóret : quæ tibi grata semper éxstitit, & mérito castitátis, & tuæ professióne virtútis. Per Dóminum.

✠ 17. S. Patritii Episc. et Confessoris. *Dupl.*

Oratio.

DEUS, qui per beátum Patrítium Confessórem tuum atque Pontíficem Hybernórum gentes ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : concéde ; ut ejus méritis & intercessióne, ad ætérnæ glóriæ claritátem pervenire felíciter mereámur. Per Dóminum.

18. S. Gertrudis Virginis. *Duplex.*

Oratio.

EXAUDI nos, Deus salutáris noster : ut, sicut de beátæ Gertrúdis Vírginis tuæ festivitáte gaudémus, ita illíus apud te précibus adjuvémur, & virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

26. S. Ludgeri Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui cónspicis, quia nos úndique mala nostra nostra pertúrbant : præsta, quæsumus ; ut beáti Ludgéri Confessóris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dñum.

27. S. Guillelmi Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

QUÆSUMUS, omnípotens Deus : ut, qui ex mérito nostræ pravitátis afflígimur, intercessióne beáti Guillélmi Confessóris tui atque Pontíficis, misericórdiæ tuæ remédiis sublevémur. Per Dóminum nostrum.

FESTA APRILIS.

1. B. Catharinæ Thomas Virg. *Duplex.*

Omnia de Communi Virginum, [55], *præter sequentia :*

Ad Vesperas, Hymnus.

8.





℣. Spécie tua & pulchritúdine tua.
℟. Inténde, próspere procéde, & regna.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Aña.



Oratio.

SUPERNORUM múnerum donátor Deus, qui beátam Catharinam Vírginem insídias diáboli superáre fecísti: concéde quæsumus; ut ejus méritis & précibus, nos quoque hóstium ímpetus víncere, & ætérnam palmam ássequi valeámus. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Hymnus.



Ad Laudes, Hymnus.

8.





na póssi-det. A-men.

℣. Diffúsa est grátia in lábiis tuis.
℟. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Benedictus, Antiphona.



4. S. Isidori Episc., Conf. et Doct. *Dupl.*

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Aña. O Doctor... beáte Isidóre. [46].

Oratio.

DEUS, qui & exímiæ sapiéntiæ laude, & omnímodæ virtútis fulgóre sanctum Isidórum Pontíficem tuum claréscere voluisti : concéde propítius ; ut ejúsdem doctrínæ fructu gaudeámus, & virtútum proficiámus exémplo. Per Dóminum.

6. S. Wilhelmi Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Wilhélmi Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

8. S. Alberti Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

BENEDICTIONIS tuæ Dómine, quæsumus, super nos plenitúdo descéndat : & júgiter sancti Albérti, Confessóris tui atque Pontíficis, nobis placáre suffrágiis. Per Dóminum.

Die 9. Aprilis.

Translationis S. Monicæ Viduæ Matris S. P. Augustini. *Duplex.*

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris, [63].

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui hunc diem Translatiónis gloriósæ matris Mónicæ, ad tui laudem & honórem dedicáre dignátus es : concéde nobis fámulis tuis in hac celebratióne lætítiam ; ut quemádmodum ejus membra venerámur in terris, ita illíus intercessióne sublevémur in cælis. Per Dóminum.

10. *alias* 9. S. Gaucherii Conf. *Duplex.*

M. S. *Nisi habeat I. Vesperas.*

Oratio.

ADESTO Dómine pópulo tuo, ut beáti Gauchérii Confessóris tui mérita præclára suscípiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.

11. S. Leonis I. Papæ Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

Omnia ut in Antiphonario, 515.

16. *alias* 17. B. Archangeli Canetuli Conf.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Archángeli Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

FESTA MAII.

✠ Die 4. Maii.

Sanctæ Monicæ Viduæ
Matris S. P. Augustini.

Duplex 2. classis.

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris, [63].

Oratio.

DEUS, qui ad pias beátæ Mónicæ lácrimas sanctum Augustínum Ecclésiæ tuæ Doctórem máximum concessísti : tríbue nobis, quæsumus ; utriúsque intervéntu nostrórum indulgéntiam percípere delictórum. Per Dóminum.

In II. Vesp., comm. sequentis, Aña. Apéruit Augustínus. *ut infra.*

Die 5. Maii.

In Conversione S. Patris Augustini
Episc. Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

In I. Vesperis.

Si de eo fieri contigerit extra Tempus Paschale, in utrisque Vesperis, ubi integras habuerit, Aña. Lætáre mater nostra. *ut in Festo 28. Augusti, 53*, ita et reliqua hic non notata.*

Ad Magnificat, Antiphona.





Oratio.

DEUS, qui ineffábili providéntia beátum Augustínum ab erró… rum ténebris ad lucem evangélicæ veritátis adduxísti : da nobis, quæsumus ; ut, qui ejus hódie Conversiónem cólimus, ejúsdem ad te précibus actus nostros in mélius reformémus. Per Dñum.

¶ *Temp. Pasch. singulorum Noct. unica Antiphona erit juxta suum ordinem 1. 2. et 3. Aña. posita in III. Noct. Festi 28. Augusti.*

Ad Laudes, et per Horas.

Aña. Lætáre mater nostra. *ut in Festo, 53*.*

Ad Benedictus, Antiphona.





Oratio. Deus, qui ineffábili. *ut supra.*

In II. Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona.



7. S. Benedicti II. Papæ et Conf. *Dupl.*

Oratio.

POPULI tui précibus ánnue, clementíssime Deus ; & quem sancti Confessóris tui atque Pontíficis Benedícti lætári facis honóre, ejúsdem supplicatióne exorátus, ætérna benedictióne perfúnde. Per Dóminum nostrum.

10. *alias* 13. S. Aldobrandi Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

MAJESTATEM tuam, Dómine, supplíciter exorámus; ut sicut hodiérna die beáti Aldobrándi Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte gaudémus, ita júgiter illius apud te précibus adjuvémur. Per Dóminum.

11. S. Gualteri Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

ECCLESIAM tuam, Deus, beáti Gualtéri Abbátis solémnitas votíva lætificet : ut spirituálibus semper muniátur auxíliis, & gáudiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

14. Plurimorum SS. Martyrum Canonicorum Cantuariæ passorum. *Duplex.*

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

✠ 16. S. Ubaldi Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

AUXILIUM tuum nobis, Dómine quæsumus, placátus impénde : & intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

17. S. Possidonii Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Possidónii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

19. S. Dunstani Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

CLEMENTISSIME Deus, qui nos sancti Dunstáni Antístitis tui festivitáte lætíficas : præsta ; ut cujus mérita venerámur, ejus & tuto præsídio muniámur & beáto consórtio perfruámur. Per Dñum.

20. S. Ivonis Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere : ad meliórem vitam misericórditer per sancti Confessóris tui atque Pontíficis Ivónis exémpla restáura. Per Dóminum.

28. SS. Secundi, Secundini et Agabii Martyrum. *Duplex.*

Oratio.

PROPITIARE, quæsumus Dómine, fámulis tuis per sanctórum Mártyrum tuórum Secúndi, Secundíni & Agábii mérita gloriósa ; ut eórum pia intercessióne, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

FESTA JUNII.

6. S. Norberti Episc. et Conf. *Duplex.*

Omnia ut in Antiphonario, 556.

12. S. Odulphi Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

ADESTO Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti Odúlphi Confessóris tui solemnitáte deférimus : ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

13. S. Antonii de Padua Conf. *Duplex.*

Oratio.

ECCLESIAM tuam Deus beáti Antónii Confessóris tui solémnitas votíva lætíficet : ut spiritálibus semper muniátur auxíliis, & gaúdiis pérfrui mereátur ætérnis. Per Dóminum.

15. S. Bernardi Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

EXTENDE, quæsumus Dómine, super plebem tuam déxteram cæléstis auxílii : & intercedénte beáto Bernárdo Confessóre tuo, cunctas diáboli nequítias ab ea longe repélle. Per Dóminum.

16. S. Bennonis Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

PRECES nostras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : & intercessióne beáti Bennónis Confessóris tui atque Pontíficis, cujus festa recólimus, a peccatórum vínculis absolútos ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum.

21. S. Raymundi Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

POPULUM tuum, quæsumus Dómine, cleménter exáudi : & intercedénte beáto Raymúndo Confessóre tuo atque Pontífice contra cuncta nobis adversántia déxteram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

22. *alias* 23. S. Paulini Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Paulíni Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

28. S. Leonis II. Papæ et Conf. *Duplex.*

Omnia ut in Antiphonario, 574.

FESTA JULII.

3. S. Rumoldi Episc. et Mart. *Duplex.*

Oratio.

MAJESTATI tuæ nos, quæsumus Dómine, beáti Rumóldi Mártyris tui atque Pontíficis supplicátio veneránda concíliet : ut qui incessánter pro nostra fragilitáte delínquimus, assíduis ejus précibus expiémur. Per Dóminum.

4. S. Theodorici Abbatis. *Duplex.*

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Theodórici Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

7. S. Petri Forerii Confessoris. *Duplex.*

Duplex. **M. S.**

Oratio.

DEUS, qui beáto Petro ardentíssima caritáte tibi conjúncto, ut némini obésset & ómnibus prodésset, concédere dignátus es : præsta, quæsumus ; ut ejúsdem précibus & exémplis, quæ tibi placent, & nobis ac áliis vere prosunt, constánter operémur. Per Dóminum nostrum.

Vel Officium proprium ut habetur ad calcem hujus libri.

8. S. Raymundi Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

CONCEDE misércors Deus : ut, sicut hodiérna die beáti Raymúndi Confessóris tui solemnitáte gaudémus ; ita illíus apud te méritis & précibus adjuvémur. Per Dóminum.

9. SS. Joannis et Sociorum Mart. Gorcum.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui beatórum Mártyrum tuórum Joánnis & Sociórum ejus gloriósum pro Fílio tuo certámen æternitátis láurea decorásti : concéde propítius ; ut eórum méritis & imitatióne certántes in terris, coronári mereámur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

15. S. Marcellini Confessoris. *Duplex.*

M. S. *nisi habeat I. Vesperas.*

Oratio.

ADESTO Dómine pópulo tuo, beáti Marcellíni Confessóris tui mérita præclára suscípiens : ut ad impetrándam misericórdiam tuam semper illíus patrocíniis adjuvétur. Per Dóminum.

17. S. Leonis IV. Papæ et Conf. *Dupl.*

Oratio.

SANCTI Confessóris atque Pontíficis Leónis, quæsumus Dómine, in conspéctu divínæ majestátis tuæ pro nobis intercédat orátio : cui & Fílii tui vices commisísti in terris, & perénnem in cælis contulísti felicitátem. Per eúmdem Dóminum.

FESTA AUGUSTI.

4. S. Dominici Confessoris.

Duplex majus.

Omnia ut in Antiphonario, 624.

16. S. Alipii Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Alipii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

25. S. Gregorii Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Gregórii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

27. In Vigilia S. P. Augustini.

Aña et ℣. ut in Psalterio de Feria occurrente.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Confessóris tui atque Pontíficis Augustíni, quam prævenímus, veneránda festívitas, salutáris auxílii nobis præstet efféctum. Per Dóminum.

✠ Die 28. Augusti.

S. PATRIS AUGUSTINI

EPISCOPI, CONF. ET ECCL. DOCTORIS

Duplex 1. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 1. J


ÆTARE ma- ter nostra Je-rú-sa- lem, qui- a
Rex tu- us dispensa- tó- rem strénu- um & ci-vem fi-de-lís-
simum de ser-vi-tú-te Baby-ló- nis ti- bi red-é-mit
Au- gus-tínum. E u o u a e.

Ps. Dixit Dóminus. *cum reliquis ut in I. Vesperis Apost.*, [1].

cf. Antiphon Roman ad Usum Canonic. Regulæ S. Augustini petit in 4°. p. 216

Vaticanus Reg. Lat. 593.

Paris N. 9425 fo. 110

2. Aña.
2. D

HU- jus ma-ter de-vo- tíssima, quem carne pri- us

pe-pé-re- rat mundo, ca-ri- tá-tis viscé-ri-bus póstmodum mul-

to sémi- ne la- crimá-rum gé-nu- it Christo. E u o u a e.

3. Aña.
3. à

DI- stu-lit tamen di- u ba- ptísmi grá- ti- am,

qui- a, tumens in-áni phi-lo-sophí- a, vo- lé-bat humá- na

ra-ti- ó-ne compre- hénde-re, quod pi- a mens vi-va-ci- tá- te

fí- de- i ní-ti- tur appre-hénde-re. E u o u a e.

4. Aña.
4. E

SUr-gens au- tem post multos circú- i-tus er-ró-rum,

circu- í-bat ci-vi- tá-tem per vi- cos & pla-té- as, quæréndo

ve-rum á-nimæ vi-rum, pro quo, ne mo-re-ré-tur, di-gnum ju-

di-cá-ret mo- ri, ut e-jus semper inhæ-ré-ret amó-ri.

E u o u a e.

5. Aña.
5. a

INvéntus i-gi-tur a custó-dibus ci- vi- tá-tis, &

pál-li- o ve-tustá-tis exú-tus, di- li-génter pertractá-ta cum il-

lis ve-ri- tá- te, quem de- si-de- rá-bat, invé-nit; & castis

e-jus amplé-xi-bus ardén- ter inhæ-sit. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 50.*

ECCE sacérdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, & in diébus suis corroborávit templum. Templi étiam altitúdo ab ipso fundáta est, duplex ædificátio, & excélsi paríetes templi.

Hymnus.

1.

MAgne Pa-ter Augustí-ne, Preces nostras súsci-pe,

Et per e- as Condi-tó-ri Nos pla-cá-re sát-age, Atque re-

ge gregem tu- um, Summum de-cus Præ-su-lum. 2. Ama-tó-rem
paupertá-tis Te colláudant páupe-res : Assertó-rem ve-ri-tá-tis
Amant ve-ri jú-di-ces : Frangis no-bis favos mel-lis, De Scri-
ptú-ris disse-rens. 3. Quæ obscú-ra pri- us e-rant, No-bis pla-
na fá-ci- ens, Tu de verbis Salva-tó-ris Dulcem panem cónfi-
cis : Et pro-pí-nas po-tum vi-tæ De Psalmó-rum néc̆ta-re.
4. Tu de vi-ta cle-ri-có-rum Sanc̆tam scri-bis ré-gu-lam : Quam
qui amant & sequúntur, Vi- am tenent ré-gi- am, Atque tu-o
sanc̆to duc̆tu Réd- e- unt ad pátri- am. 5. Re-gi regum sa-
lus, vi-ta, De-cus & impé-ri- um : Tri-ni-tá-ti laus & honor

Sit per omne sæcu-lum : Quæ conci-ves nos adscrí-bat Su-per-
nó-rum cí-vi- um. A-men.

℣. Ora pro nobis beáte Pater Augustíne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. J

A D- est no-bis di- es cé- lebris, quo so-lú- tus ne-
xu carnis, sanc̆tus Præ-sul Augustí- nus assúmptus est cum
Ange- lis, u-bi gaudet cum Prophé- tis, læ-tá-tur cum Apó-
sto- lis : quo-rum plenus spí- ri- tu, quæ prædi-xé-runt mysti-
ca, fe-cit no-bis pér- vi- a : post quos fe-cúnda dispensán-
di verbi De- i primus re-fúlsit grá-ti- a. E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui beátum Augustínum Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacræ Scriptúræ mystériis Doctórem óptimum & eléctum Antístitem providísti : da nobis quæsumus ; ejus semper & doctrínis instrui, & oratióne fulciri. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium 2.



2.







Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí-te obdu-



rá- re corda vestra, sic-ut in ex-a-cerba-ti- ó-ne se-cúndum



di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto : u-bi tenta-vé-runt me



patres vestri, pro-ba-vé-runt & vi-dé-runt ó-pe-ra me- a.

* Qui de ténebris.



Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-ti- ó-ni hu- ic,



& di-xi : Semper hi errant corde : ipsi ve-ro non co-



gno-vé-runt vi- as me- as, qui-bus ju-rá-vi in i-ra me- a,



si intro- í-bunt in réqui- em me- am. ℣. Magnus.



Gló-ri- a Patri, & Fi-li- o, & Spi- rí- tu- i Sancto.



Sic-ut e-rat in princí-pi- o, & nunc, & semper, & in



sæcu-la sæcu-ló-rum. A- men. * Qui de ténebris.

Repetitur : Magnus Dóminus.

Hymnus. Magne Pater. *ut in Vesperis,* 55*.

IN I. NOCTURNO.

1. Aña. 1. f



A - pé- ru- it Augustí-nus có-di-cem a-po-stó-li-



cum, & conjéctis ó-cu-lis ad primum ca-pí-tu-lum le-git :



Indu- ími-ni Dómi-num Je-sum Christum : & sta-tim, qua-si



infú-sa lu-ce se-cu-ri-tá-tis, ab e- o omnes du-bi- e-tá-



tis té-nebræ diffu-gé-runt. E u o u a e.

Psalmus 1.

BEATUS vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit :

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo :

Et fólium ejus non défluet : * & ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic : * sed tamquam pulvis, quem prójicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício : * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * & iter impiórum períbit.

2. Aña.
2. D



Psalmus 2.

QUARE fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia ?

Adstitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum : * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit eos : * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite : * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * & exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Glória Patri.

3. Aña.
3. a



Psalmus 3.

DOMINE quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ : * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine susceptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi : * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum : * & exsurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exsúrge Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa : * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus : * & super pópulum tuum benedíctio tua.

℣. Amávit eum Dóminus, & ornávit eum.
℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Responsorium 1.

1. INvénit se Augustínus longe esse a Deo in regióne dissimilitúdinis, tam-quam audíret vocem Dei de excélso : * Cibus sum grándium, cresce, & manducábis me. *T. P.* Alleluia. ℣. Nec tu me mutábis in te sicut cibum carnis tuæ ; sed tu mutábéris in me. * Cibus sum.

Responsorium 2.

2. SEnsit ígitur, & expértus est, non

esse mirum, quod paláto non sano pœna est panis, qui sano est suávis : * Et óculis ægris odiósa lux, quæ puris est amábilis. *T. P.* Alleluia. ℣. Propter iniquitátem corripuísti hóminem, & tabéscere fecísti, sicut aranéam, ánimam ejus. * Et óculis.

Responsorium 3.

3. TUnc vero invisibíliа Dei, per ea quæ facta sunt intellécta conspéxit, sed áciem fígere non váluit : * Quia non secum



IN II. NOCTURNO.



Psalmus. 4.

CUM invocárem exaudívit me Deus justítiæ meæ : * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * & exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem & quæritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum, * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre : * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine : * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam & requiéscam.

Quóniam tu Dómine singuláriter in spe * constituísti me.



Psalmus 5.

VERBA mea áuribus pércipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo : * Dómine mane exáudies vocem meam.

Mane adstábo tibi & vidébo : * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus : * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justítia tua : * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolóse agébant : * júdica illos Deus.

Décidant a cogitatiónibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes qui sperant in te, * in ætérnum exsultábunt : & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

3. Aña. 6. F



Psalmus 8.

DOMINE Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória & honóre coronásti eum : * & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves & boves univérsas, ínsuper & pécora campi;

Vólucres cæli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris,

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra.

℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Responsorium 4.

4.



Responsorium 5.

5. M l-sit er- go Dó-mi- nus in mentem e-

jus, vi-súmque est bo- num in conspé- ctu e-jus, pér-

ge-re ad Simpli-ci- á- num: *Qui e- i bo-nus appa-ré-

bat ser-vus De- i, & lu-cé- bat in e- o grá-ti- a di-

ví- na. *T. P.* Alle- lú- ia. ℣. Audi- e-rat

e- nim, quod a juventú- te su- a devo- tíssime De- o ví-

ve- ret, & ve-re sic e- rat. * Qui e- i.

Responsorium 6.

6. V O- lé- bat e- nim confe- rénti æ- stus

su- os, ut pro-fér- ret quis aptus es- set mo-dus ví-

vén-di, sic af- féc̃to ut i-psi e- rat, ad ambu-lán-

dum in vi- a De- i : * In qua á-li- us sic, á- li- us

sic i- bat. *T. P.* Alle- lú- ia. ℣. Displi-cé-bat

e-nim e- i quidquid a-gébat in sæ-cu-lo, præ dulcé-di-ne

De- i, & de-có-re domus e-jus, quam di-lé- xit. * In.

Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí- tu- i Sanc̃to.

* In qua.

IN III. NOCTURNO.

1. Aña. 7. c F Le- bat au-tem ubérrime in hymnis & cán-

ti-cis su- á- ve sonánti-bus, Ecclé-si- æ vó-ci-bus ve-heмén-



ter affléctus. E u o u a e.

Psalmus 14.

DOMINE quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam :

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua :

Nec fecit próximo suo malum, * & opprobrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus : * timéntes autem Dóminum glorificat :

Qui jurat próximo suo, & non décipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, & múnera super innocéntem non accépit :

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

2. Aña. 8. G



VOces í-gi-tur illæ influ- é-bant áu-ri-bus e-jus, & e-liquabá-tur vé- ri- tas in cor e-jus, & flu- é-bant lácrimæ, & bene il- li e- rat cum e- is. E u o u a e.

Psalmus 20.

DOMINE in virtúte tua lætábitur rex : * & super salutáre tuum exsultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei : * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit a te : * & tribuísti ei longitúdinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi : * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : * & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis : * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui : * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : * & semen eórum a fíliis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum : * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua : * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

3. Aña. 1. f



AD- júnctus inde Nebrí-di- o & Evó-di- o, remeá-bat ad Afri-cam, quæ- rens quis e- os ad be-ne vi-véndum lo-cus ha-bé- ret u- tí- li- us : sed cum essent apud Osti- a Ti- be- ri-na, pi- a ma-ter e- jus de- fúncta est.

E u o u a e.

Psalmus 23.

DOMINI est terra, & plenitúdo ejus : * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * & misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles : * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prœlio.

Attóllite portas príncipes vestras, & elevámini portæ æternáles : * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

Responsorium 7.

7. V Ulne- rá-ve-rat cá- ri- tas Chri- sti cor e-jus : & ge-stá- bat verba e-jus in viscé-ri-bus qua- si sagít- tas a-cú- tas : * Et exémpla servó-rum De- i, quos de mór- tu- is vi-vos fé-ce-rat, tamquam carbó- nes va- sta-tó- res. *T. P.* Alle- lú- ia. ℣. Ascendén-ti a conválle plo- ra-ti- ó- nis, & cantánti

cánti-cum grádu- um dé-de- rat sa-gít-tas a- cú- tas. * Et exémpla.

Responsorium 8.

8. A C- cépta ba- ptísmi grá-ti- a, pó- si-tus apud Osti- a Ti- be- rí-na cum ma-tre su- a, colloque-bántur so- li val- de dúlci-ter : * Et in- hi- á-bant o-re cordis pá- ri- ter in su-pérna flu-én-ta fontis vi-tæ. Vi-lesce-bátque mundus i-ste inter ver- ba cum de-lecta- ti- ó-ni-bus su- is. *T. P.* Alle- lú- ia. ℣. Tunc a- it il-la fí-li- o : Nulla re jam de-léctor in hac vi- ta, cum te, contém-



pta fe-li-ci-tá-te ter- ré-na, ví- de- am servum De- i. * Et.



Gló-ri- a Patri, & Fi- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. * Et.

AD LAUDES, et per Horas.

1 Aña. 2. D



OST mortem matris re-vérsus est Augustí-

nus ad agros própri- os, u-bi cum amí-cis je-jú-



ni- is & o-ra-ti- ó-ni-bus va-cans, scri-bé-bat libros, & do-

cé-bat índoctos. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. *cum reliquis,* 27*.

2. Aña. 4. E



C Ompérta autem e-jus fama, be- á- tus Va- lé-ri-

us Hippo-nénsis e-písco- pus e- um a pó-pu-lo appre-



hénsum ac si-bi præ-sentá-tum, li-cet inví-tum, presby-te-rum



ordi- ná-vit. E u o u a e.

3. Aña. 6. F



F Actus ergo présby-ter, mo-nasté-ri- um cle- ri- có-



rum mox insti-tu- it, & cœpit ví-ve-re se-cúndum ré-



gu-lam sub sanctis Apósto-lis consti-tú-tam. E u o u a e.

4. Aña. 8. G



S Anctus autem Va-lé- ri- us, ordi-ná-tor e- jus, ex-

sultá- bat u-bé-ri- us, hómi-nem si-bi ta- lem da-tum di- ví-

ni-tus, qui in doctri-na sa-na ædi- fi-cá-re Ecclé-si- am

es- set i-dó-ne- us. E u o u a e.

5. Aña. 7. a

E - ó-dem témpo-re Fortu-ná-tus, présby-ter Ma-ni-



Capitulum. *Eccli. 50.*

ECCE Sacérdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, & in diébus suis corroborávit templum. Templi étiam altitúdo ab ipso fundáta est, duplex ædificátio, & excélsi paríetes templi.

Hymnus.





℣. Ora pro nobis beáte Pater Augustíne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui beátum Augustínum Ecclésiæ tuæ in exponéndis sacræ Scriptúræ mystériis Doctórem óptimum & eléctum Antístitem providísti : da nobis quæsumus ; ejus semper & doctrínis instrui, & oratióne fulciri. Per Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Compérta autem.

Capitulum. Ecce sacérdos. *ut supra.*



℣. Elégit eum Dóminus sacerdótem sibi.
℟. Ad sacrificándum ei hostiam laudis.

Ad Sextam. *Aña.* Factus ergo présbyter.

Capitulum. *Eccli. 50.*

IN diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, & quasi mare adimpléti sunt supra modum. Qui curávit gentem suam, & liberávit eam a perditióne.



℣. Tu es sacérdos in ætérnum.
℟. Secúndum órdinem Melchísedech.

Ad Nonam. *Aña.* Eódem témpore.

Capitulum. *Eccli. 50.*

QUASI stella matutína in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet. Et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.



℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas.
℟. Et osténdit illi glóriam suam.

IN II. VESPERIS.

Aña. Post mortem matris. *cum reliquis de Laudibus ; Psalmi de Dominica, et loco ultimi, Ps.* Meménto Dómine David. [45].

Capitulum, Hymnus et ℣. ut in I. Vesperis, 53*.

Ad Magnificat, Antiphona.





Et fit comm. de S. Joanne Baptista, 649.

FESTA SEPTEMBRIS.

4. In Octava S. Patris Augustini. *Dupl.*

In utrisque Vesperis, Laudibus et Horis, omnia ut in Festo, 53*.

Ad Matutinum, Responsorium 8.





5. S. Laurentii Justiniani Episc. et Conf.

Duplex. M. S.

Omnia ut in Antiphonario, 653.

Anniversarium Canonicorum, Fratrum, Propinquorum et Benefactorum Ordinis Nostri.

Totum Officium Defunctorum sub ritu duplici cum Oratione. Deus véniæ largitor. [109].

6. SS. Læti, Donatiani et Sociorum Mart.

Duplex.

Oratio.

BEATORUM Mártyrum paritérque Pontíficum Læti, Donatiáni & Sociórum adsit nobis, quæsumus, protéctio gloriósa ; ut quorum lætámur victóriis, eórum júgiter foveámur auxíliis. Per Dóminum.

7. S. Emirtii Episc. et Conf. *Duplex*.

Oratio.

PRECES famíliæ tuæ, quæsumus omnípotens Deus, cleménter exáudi : ut beáti Emírtii Confessóris tui atque Pontíficis méritis adjuvétur, cujus solemnitáte lætátur. Per Dóminum.

9. S. Sergii Papæ et Conf. *Duplex*.

Oratio.

PRÆTENDE super nos déxteram tuam, Dómine Deus noster : & sancti Sérgii Confessóris tui atque Pontíficis intercessióne, & tuæ grátiæ auxílium, & regni cæléstis consórtium propitiátus impénde. Per Dóminum.

10. S. Nicolai de Tolentino Conf. *Duplex*.

Oratio.

ADESTO Dómine supplicatiónibus nostris, quas in beáti Nicolái Confessóris tui solemnitáte deférimus : ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur. Per Dóminum.

11. S. Petri Piperacensis *vel* de Chavagnon Confessoris. *Duplex*. M. S.

Oratio.

DEUS, qui nos beáti Petri Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas : concéde propítius ; ut cujus natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

17. S. Petri de Arbues Martyris. *Duplex*.

Oratio.

DEUS, qui beátum Petrum Mártyrem tuum ad expurgándum a superstitiónibus pópulum fidélem elegísti : tribue, quæsumus ; ut, qui ejus mortem sincéra pietáte venerámur, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

25. S. Firmini Episc. et Martyris. *Dupl*.

Oratio.

DEUS, qui hunc diem beáti Firmíni Pontíficis tui martyrio consecrásti : da nobis, quæsumus ; ut apud majestátem tuam, ejúsdem & méritis & exémplis adjuvémur. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS.

1. S. Remigii Episc. et Confessoris.

Duplex. M. S.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Remígii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

---

3. S. Beregisi Abbatis.

Duplex. M. S.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Beregisi Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum.

---

5. *alias* 2. S. Thomæ Episc. et Conf.

Duplex. M. S.

Oratio.

BEATI Thomæ Confessóris tui atque Pontíficis patrocínio família tua, Dómine, quæsumus, a nóxiis semper exsúrgat : ut, quæ de ejus virtútibus gloriátur, sempitérnis váleat gaudére consórtiis. Per Dóminum.

---

6. S. Brunonis Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

SANCTI Brunónis Confessóris tui, quæsumus Dómine, intercessiónibus adjuvémur : ut qui majestátem tuam gráviter delinquéndo offéndimus, ejus méritis & précibus, nostrórum delictórum véniam consequámur. Per Dóminum.

10. S. Joannis Confessoris. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui beátum Joánnem Confessórem tuum Sanctórum tuórum méritis coæquásti : concéde propítius ; ut, qui commemoratiónis ejus festa recólimus, vitæ quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

Die 11. Octobris.

Translationis primæ S. P. Augustini
Episc., Conf. et Eccl. Doct.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, [37], *præter sequentia. Capitula, Hymni et ℣. ut in ejus Festo, die 28. Augusti,* 53*.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Aña.



Oratio.

SANCTI Confessóris tui atque Pontíficis Augustíni tríbue nos, Dómine, supplicatiónibus adjuvári : ut cujus Translatiónem ánnua celebritáte recólimus ; ejus apud te précibus actus nostros in mélius quotídie reformémus. Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.



12. S. Cerbonii Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

CONCEDE fámulis tuis, quæsumus Dómine, beáti Cerbónii Confessóris tui atque Pontíficis festivitáte gaudére : & ejus sancta protectióne defendi. Per Dóminum.

14. S. Gaudentii Episc. et Mart. *Dupl.*

Oratio.

PROPITIARE, Dómine, fámulis tuis : & quos beáti Mártyris tui atque Pontíficis Gaudéntii tríbuis exsultáre triúmphis ; ejúsdem intercessióne ab ómnibus tutáre perículis. Per Dóminum.

21. SS. Ursulæ et Sociarum Virg. et Mart.

Duplex.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, sanctárum Vírginum & Mártyrum tuárum Ursulæ & Sociárum ejus palmas incessábili devotióne venerári ; ut quas digna mente non póssumus celebráre, humílibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum.

26. S. Fulci Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Fulci Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

31. S. Wolfgangi Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

DEUS, qui nobis ætérnæ salútis beátum Wolfgángum Episcopum & minístrum tribuísti : præsta quæsumus ; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

FESTA NOVEMBRIS.

3. S. Malachiæ Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

PROPITIARE nobis, quæsumus Dómine, fámulis tuis, per sancti Confessóris tui atque Pontíficis Malachiæ mérita gloriósa : ut cujus hódie festivitátem cólimus, ejus pia intercessióne ab ómnibus semper protegámur advérsis. Per Dóminum.

5. S. Guiraudi Episc. et Conf. *Dupl.*

Oratio.

PROPITIARE Dómine, supplicatiónibus nostris : & intercessióne beáti Guiráudi Confessóris tui atque Pontificis tuæ grátiæ salutáris nobis dona concéde. Per Dóminum.

Die 9. Novembris.

IN FESTO

Dedicationis Basilicæ Ss. Salvatoris Lateranensis.

Duplex 1. classis cum Octava.

Omnia ut in Antiphonario, 716.

Die 10. Novembris.

IN FESTO

Passionis Imaginis Ss. Salvatoris Contitularis Congregationis.

Duplex 2. classis cum Octava.

IN I. VESPERIS.

1. Aña. 1. f





Ps. Dixit Dóminus. *cum reliquis ut in I. Vesperis Apost.,* [1].

2. Aña. 8. G



3. Aña. 8. G



4. Aña. 4. A



5. Aña. 7. c



Capitulum. *Tit. 3. b.*

APPARUIT benignitas, & humánitas Salvatóris nostri Dei : non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum misericórdiam suam salvos nos fecit.

Hymnus.

1. VE-xílla Re- gis pród- e- unt: Fulget Cru-cis mysté-ri-
um, Qua vi-ta mortem pértu-lit Et mor- te vi-tam prótu-lit.

2. Quæ vulne-rá- ta lán-ce- æ Mucró-ne di- ro, crími-num Ut
nos la-vá-ret sórdi-bus, Ma-ná- vit unda & sángui-ne. 3. Im-
plé-ta sunt quæ cón-ci-nit Da-vid fi-dé- li cármi-ne, Di-cén-
do na-ti- ó-ni-bus : Regná- vit a ligno De- us. 4. Arbor de-
córa & fúl-gi-da, Orná-ta re-gis púrpu-ra, E-léc̃ta di-
gno stí-pi- te Tam san-c̃ta membra tánge-re. 5. Be-á-ta, cu-

jus brá-chi- is Prétium pe-péndit sæ-cu-li, Sta-té-ra fac̃ta
córpo-ris, Tu-lít- que præ-dam tárta-ri. 6. O Crux a-ve spes
ú- ni- ca, In hac tri- úmphi gló-ri- a Pi- is adáuge grá-ti-
am, Re- ís-que de- le crími-na. 7. Te, fons sa-lú- tis Trí-
ni-tas, Colláudet omnis spí-ri-tus : Qui-bus Cru-cis vic̃tó-ri-
am Largí- ris, adde præmi- um. A-men.

℣. Salvátor mundi salva nos.
℟. Qui per crucem & sánguinem tuum redemísti nos.

Ad Magnificat, Antiphona.

1. g O-mnis turba stirpis Ju-dæ-ó-rum clamá-bat : U-nus
De- us Pa-ter ingé-ni-tus : unus Fi- li- us u-nigé-ni-tus Je-sus
Christus : unus Spí-ri-tus Sanc̃tus ab utróque pro- cé-dens ;



Oratio.

MAJESTATEM tuam, clemens & omnipotens Deus, fusis précibus exorámus : ut, sicut passiónem Imáginis Dómini Salvatóris cum pia devotióne hodiérna die fidéliter recólimus ; ita a cunctis erépti dæmonum adversitátibus semper tibi placére valeámus. Per eúmdem Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. 7.







autem pópu-lus e-jus, & oves pá-scu- æ e- jus.

℟. Salvatóris.



Hó- di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri-tis, no-lí- te ob-



du-rá-re corda ve- stra, sic-ut in ex-acerba- ti- ó-ne se-cún-



dum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto : ubi tenta-vé-runt me



patres ve- stri, pro-ba-vé-runt & vi-dé-runt ó-pe- ra me-



a. * Venite.



Quadra-gín- ta annis pró-ximus fu- i gene-ra- ti- ó-ni



hu- ic, & di-xi : Semper hi errant cor- de : ipsi ve-ro non



cognové-runt vi- as me- as, quibus ju-rá-vi in i-ra me- a,



si intro- í-bunt in ré-qui- em me- am. ℟. Salvatóris.



Gló- ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i San-cto.



Sic-ut e-rat in prínci-pi- o, & nunc, & sem- per, & in



sæcu-la sæ-cu- ló-rum. Amen. * Venite.

Repetitur : Salvatóris.

Hymnus.



1. Ange lingua glo-ri- ó- si Láure- am cer-támi-nis,

Et su- per cru-cis trophæ- o Dic tri- úmphum nó-bi-lem :

Quá-li- ter Red-émptor orbis Immo-lá- tus ví-ce-rit.



2. De pa-réntis pro-toplá-sti Fraude Factor cóndo-lens, Quan-



do pomi no-xi- á-lis In necem mor-su ru- it : Ipse





IN I. NOCTURNO.



Psalmus 2.

QUARE fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia?

Adstitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsus Dóminum & advérsus Christum ejus.

Dirumpámus vincula eórum : * & projiciámus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis irridébit

eos : * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me : * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula a me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc reges intellígite : * erudímini qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre : * & exsultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * & pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Glória Patri.

2. Aña. 1. f



E u o u a e.

Psalmus 18.

Cæli enárrant glóriam Dei : * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum : * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes : * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : * & ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo :

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cælo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscóndat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium

Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : * judícia Dómini vera, justificáta in semetipsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multum : * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea : * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit ? ab occúltis meis munda me : * & ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * & emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine ádjutor meus : * & redémptor meus.

3. Aña. 1. a



Psalmus 44.

Eructavit cor meum verbum bonum : * dico ego ópera mea regi.

Lingua mea cálamus scribæ, * velóciter scribéntis.

Speciósus forma præ fíliis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis : * proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime.

Spécie tua & pulchritúdine tua * inténde, próspere procéde, & regna.

Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam : * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directiónis virga regni tui.

Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem : * proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis : * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Adstitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi fília, & vide, & inclína aurem tuam : * & oblíviscere pópulum tuum, & domum patris tui.

Et concupíscet rex decórem tuum : * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus * vultum tuum deprecabúntur, omnes dívites plebis.

Omnes glória ejus fíliæ regis ab intus, * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur regi vírgines post eam : * próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia & exsultatióne : * adducéntur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii : * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui, * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum : * & in sæculum sæculi.

℣. Hoc signum crucis erit in cælo.
℟. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

Responsorium 1.

5. S Ic-ut in passi- ó-ne Uni-gé- ni- ti expá- vit cæ- lum super e- a quæ fa- cta sunt : * I-ta nunc se-cúndo multa si- gna sunt inno- vá- ta. ℣. Audi- éntes, intellí- gi- te ; intelli-géntes, ob- stu-pésci- te. * I-ta.

Responsorium 2.

6. S Ummi sa-cerdó- tes, & ma-jó- res na-tu plebis Ju-dæ- ó- rum * Ad do-mum Ju-dæ- i ve- ló-ci- us fe-sti- ná- runt. ℣. Mul-tis contumé- li- is & cru-ci- á- ti-bus af-fé- ctum, extra syna-gó-gam se- mi-ví-vum pro- je- cé- runt. * Ad do-mum.

Responsorium 3.

cf Archiv Florence fo. 275

8. D Epo-néntes Je-su Chri- sti I-có- nam, di-xé- runt : Audí- vimus, quod Je-sum Na-za- ré-num pa-tres no- stri di-vér- sis mo-dis il-lu-sé- runt : * I-ta & nos hu- ic fa-ci- á- mus. ℣. Tunc cœ-



IN II. NOCTURNO.



Psalmus 47.

MAGNUS Dóminus, & laudábilis nimis * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exsultátione univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt : * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt : * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis, * in spíritu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri : * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ : * justítia plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exsúltent fíliæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Circúmdate Sion & complectímini eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus : * & distribúite domos ejus, ut ennarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in sæculum sæculi : * ipse reget nos in sæcula.



Psalmus 71.

DEUS judícium tuum regi da : * & justítiam tuam fílio regis :

Judicáre pópulum tuum in justítia, * & páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo : * & colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & salvos fáciet fílios páuperum : * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus : * & sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, & abundántia pacis : * donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare : * & a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthiopes : * & inimici ejus terram lingent.

Reges Tharsis, & insulæ múnera ófferent : * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes sérvient ei :

Quia liberábit páuperem a poténte, * & páuperem, cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi : * & ánimas páuperum salvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum : * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipso semper : * tota die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus : * & florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sæcula : * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israel, * qui facit mirabília solus :

Et benedíctum nomen majestatis ejus in ætérnum : * & replébitur majestáte ejus omnis terra : fiat, fiat.

3. Aña. 3. a



Psalmus 84.

BENEDIXISTI Dómine terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ : * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam : * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster : * & avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis ? * aut exténdes iram tuam a generatióne in generatiónem ?

Deus tu convérsus vivificábis nos : * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam : * & salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus : * quóniam loquétur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos : * & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsius : * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi : * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est : * & justítia de cælo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem : * & terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit : * & ponet in via gressus suos.

℣. Adorámus te, Christe, & benedícimus tibi.
℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum.

Responsorium 4.

7.





á- mus. * Et.

Responsorium 5.



5. C Onspu- é- runt in fá-ci- em Imá-gi- nis Dómi-ni Sal-va- tó- ris, & a-rúndi-ne percu- ti- ébant il-lí- us ca- put, * Qui est caput ó- mni- um no- strum. ℣. Di-dí-cimus quod ma-jó-res no- stri cá-lamo caput e-jus percussé- runt. * Qui.

Responsorium 6.

3. P Er-cussé-runt lán- ce- a la- tus Imá- gi- nis : * Tunc con- tí-nu- o ma-ná- vit san-



guis & a- qua. ℣. Ti- bi ergo Christe, cum Patre & Spí- ri-tu San- cto sit laus, & gló-ri- a in- de- fí- ci- ens. * Tunc. Gló- ri- a Pa-tri, & Fí- li- o, & Spi- rí- tu- i San- cto. * Tunc.

IN III. NOCTURNO.



1. Aña. 8. G Lo-ri- ó- sa di-cta sunt de Imá-gi-ne tu- a, Christe : & in sángui-ne ab e- a fu-so antíqua mi-rá-cu- la reno-vá-ta. E u o u a e.

Psalmus 86.

FUNDAMENTA ejus in móntibus sanctis : * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthiopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, & homo natus est in ea, * &

ipse fundávit eam Altissimus? Dóminus narrábit in scriptúris populórum, & principum : * horum, qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

2. Aña.
2. D



Psalmus 95.

CANTATE Dómino cánticum novum : * cantáte Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : * Dóminus autem cælos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus : * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus : * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætántur cæli, & exsúltet terra : commoveátur mare, & plenitúdo ejus : * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.

3. Aña.
1. f



Psalmus 97.

CANTATE Dómino cánticum novum : * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus : * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * & veritátis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes término terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra : * cantáte, & exsultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cithara, in cithara & voce psálmi : * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini : * moveátur mare, & plenitúdo ejus : orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

℣. Dícite in natiónibus.
℟. Quia Dóminus regnávit a ligno.

Responsorium 7.

2.



de- ámus si ve- ra sunt, quæ de Chri-sto di-cún- tur, quod

infir- mi, * Et ma- le ha-bén- tes ab e- o sa-

na- bán- tur. ℣. Congrega-vé- runt quoscúmque lángui-

dos, cæ-cos & clau- dos, qui omnes cu-rá- ti

sunt. * Et ma- le.

Responsorium 8.

7.

O -mnes princi-pes sa-cerdó- tum, & se-ni- ó- res

pó- pu-li, cum tur- ba Ju-dæ- ó- rum, vi-dén-

tes quæ fa-cta fú- e-rant, * Cre-di-dé- runt in Dómi-num

Je-sum Chri- stum, & di-cé- bant : † Gló-ri- a

ti- bi, Chri- ste. ℣. Gló- ri-

a sit ti-bi, æ-térne De- us, & omni- po-tens Pa- ter,

qui no-bis Dómi-num nostrum Je-sum Chri-stum re-

ve- lá- sti. * Cre-di-dé- runt. Gló- ri- a

Pa-tri, & Fí- li- o, & Spí- ri- tu- i San-

cto. † Gló-ri- a.

AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 1. D

N Imá-gi-ne su- a de-turpá-tus Dóminus de-có-rem

indú-tus est ; & cor Judæ- ó-rum confirmá-vit, quod



non commo-vé-bi-tur. E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. *cum reliquis.* 23*.

2. Aña.
8. c



COgnósci-te ex mi-ra-bi-li-bus e-jus Dóminum, pó-



pu-le Isra- el : & convér-si serví-te e- i in læ-tí- ti- a.



E u o u a e.

3. Aña.
7. a



BEne-dí-xit vos De- us, & illumi-ná-vit vultum su-



um super vos, dum mi-sértus est ve- stri, & a perfí-di- a



per tanta mi-rá-cu-la li- be-rá-vit. E u o u a e.

4. Aña.
7. c



O-mnes cre- a-tú-ræ tu-æ bene-dí-cunt te Dómi-



ne, cum syn-a-gó-ga pérfi-da : qui- a hó-di- e a te illu-



mi-ná-ta, ad génti- um hæ-re-di-tá-tem vo-cá-ta est.



E u o u a e.

5. Aña.
2. D



IN tympano & cho-ro laudes dí-ci- te De- o :



qui- a res insensi-bi- lis e-jus ver- bum fe- cit. E u o u a e.

Capitulum. *Tit. 3. b.*

APPARUIT benígnitas, & humánitas Salvatóris nostri Dei : non ex opéribus justítiæ, quæ fécimus nos, sed secúndum misericórdiam suam salvos nos fecit.

Hymnus.

1.



LUstra sex qui jam per- é- git, Tempus implens cór-



po-ris, Sponte lí-be- ra Red-émptor Passi- ó- ni dé-di-tus,



Agnus in Cru-cis le- vá- tur Immo-lándus stí-pi-te.



2. Felle po-tus ecce languet : Spi-na, cla-vi, lánce- a Mi- te





℣. Nos autem gloriári opórtet.
℟. In cruce Dómini nostri Jesu Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.



Oratio.

MAJESTATEM tuam, clemens & omnípotens Deus, fusis précibus exorámus : ut, sicut passiónem Imáginis Dómini Salvatóris cum pia devotióne hodiérna die fidéliter recólimus : ita a cunctis erépti dæmonum adversitátibus, semper tibi placére valeámus. Per eúmdem Dóminum.

Ad Tertiam. *Aña.* Cognóscite.

Capitulum. Appáruit. *ut supra de Laudibus.*

℟. br.

HOC signum Cru-cis * E- rit in cæ-lo. Hoc signum.

℣. Cum Dóminus ad judi-cándum vé-ne-rit. * E- rit. Gló-

ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Hoc signum.

℣. Adorámus te Christe, & benedícimus tibi.

℟. Quia per crucem tuam redemísti mundum.

Ad Sextam. *Aña.* Benedíxit vos Deus.

Capitulum. *Tit. 3. b.*

PER lavácrum regeneratiónis & renovatiónis Spíritus Sancti, quem effúdit in nos abúnde per Jesum Christum Salvatórem nostrum.

℟. br.

ADo-rámus te Christe, * Et bene-dí- cimus ti-bi.

Ado-rámus. ℣. Qui- a per Cru-cem tu- am red-emísti mundum.

* Et. Gló-rí- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Adorámus.

℣. Dícite in natiónibus.

℟. Quia Dóminus regnávit a ligno.

Ad Nonam. *Aña.* In tympano & choro.

Capitulum. *Tit. 3. b.*

UT justificáti grátia ipsíus, hærédes simus secúndum spem vitæ ætérnæ : in Christo Jesu Dómino nostro.

℟. br.

DI-ci- te * In na- ti- ó-ni-bus. Dí-ci- te. ℣. Qui- a

Dómi-nus regná-vit a ligno. * In. Gló-ri- a Patri, & Fí-

li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. Dí-ci- te.

℣. Nos autem gloriári opórtet.

℟. In cruce Dómini nostri Jesu Christi.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in I. Vesperis, præter :

℣. Nos autem gloriári opórtet.

℟. In cruce Dómini nostri Jesu Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

6. F

HO- di- e Imá- gi-nis signum to- tum illustrá-

vit orbem, & perfi-dó-rum mentes il-lumi-ná-vit ; fi-dé-les

læ-ti- fi-cá-vit & salvá- vit, alle-lú-ia. E u o u a e.

Et fit comm. sequentis.

12. S. Rufi Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

MISERICORDIAM tuam, quæsumus Dómine, nobis cleménter impénde : ut, quod nostris méritis non merémur, sancti Rufi Confessóris tui atque Pontíficis intercessióne consequámur. Per Dóminum nostrum.

13. S. Floridi Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Floridi Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas, & devotiónem nobis áugeat, & salútem. Per Dóminum.

14. S. Laurentii Episc. et Conf. *Duplex.*

Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Laurentii Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte deférimus : & qui tibi digne méruit famulári, ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve peccátis. Per Dóminum.

16. Octava Dedic. Basilicæ Lateranensis.

Duplex.

Omnia de Communi Dedic. Ecclesiæ, ut in Antiphonario, [69].

17. Octava Imaginis Domini Salvatoris.

Duplex.

Omnia ut in Festo, 90*.

✠ 19. S. Frigdiani Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

SANCTI Frigdiáni Confessóris tui atque Pontíficis, quæsumus Dómine, précibus adjuvémur : ut, cujus mérita celebrámus, ejus contínuum salútis sentiámus auxílium. Per Dóminum.

20. S. Gelasii I. Papæ et Conf.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras : & interveniénte beáto Gelásio Confessóre tuo atque Pontífice, indulgéntiam nobis tríbue placátus & pacem. Per Dóminum.

23. S. Trudonis Presbyteri et Conf. *Dupl.*

Oratio.

DEUS, qui beáti Trudónis Confessóris tui méritis fontem júgiter manáre fecísti : ejus, quæsumus, intercessióne fontem aquæ vivæ saliéntis in vitam ætérnam córdibus nostris perénnem infúnde. Per Dóminum.

24. S. Prosperi Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Aña. O Doctor. [46].

Oratio.

ECCLESIAM tuam, quæsumus Dómine, grátia cæléstis amplificet : quam beáti Prósperi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis & doctrínis. Per Dóminum.

26. S. Petri Alexandrini Episc. et M. *Dupl.*

Oratio.

INFIRMITATEM nostram réspice omnípotens Deus : & quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Petri Mártyris tui atque Pontíficis intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

27. S. Eucherii Episc. et Conf.

Duplex. **M. S.**

Ad Magnificat in utrisque Vesperis, Aña. O Doctor. [46].

Oratio.

SANCTUS Póntifex & Conféssor tuus Euchérius, quæsumus Dómine, pro nobis apud te sédulus supplicátor exsístat : ut a cunctis reátibus absolvámur ; & ad vitam perducámur ætérnam. Per Dóminum.

28. SS. Papiniani et Soc. Epp. et MM. *Dupl.*

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui sanctis Pontifícibus tuis Papiniáno & Sóciis pro Unigénito tuo pati posse concessísti : concéde ; ut glóriam sempitérnam, quam ipsi dimicándo sunt consecúti, nos quoque percípere mereámur. Per eúmdem Dóminum.

29. S. Romani Martyris. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui beátum Románum Mártyrem summa constántia in passióne roborásti : concéde nobis, quæsumus ; ex ejus intercessióne forti ánimo pro tui nóminis glória advérsa ómnia toleráre. Per Dóminum.

FESTA DECEMBRIS.

2. S. Aniani Episc. et Confessoris.

Duplex. **M. S.**

Oratio.

MAJESTATEM tuam, Dómine, suppliciter exorámus : ut, sicut hodiérna beáti Aniáni Confessóris tui atque Pontíficis festivitáte gaudémus, ita júgiter illius apud te précibus adjuvémur. Per Dóminum.

Commemoratio S. P. N. Augustini

quæ prima die cujusque mensis non impedita sub ritu duplici celebratur. *Duplex.* **M. S.**

Omnia de Communi Conf. Pontificis, [37], *præter sequentia.*

℣. Ora pro nobis beáte Pater Augustíne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui beátum Augustínum Ecclésiæ tuæ, in exponéndis sacræ Scriptúræ mystériis, Doctórem óptimum, & eléctum Antístitem providísti ; da nobis, quæsumus ; ejus semper & doctrinis instrui, & oratióne fulciri. Per Dóminum.

Ad Laudes.

℣. *et Oratio ut in Vesperis.*

Ad Benedictus, Antiphona.





OFFICIA PROPRIA SANCTORUM

PATRIARCHALIS BASILICÆ LATERANENSIS

CANONICIS REGULARIBUS SS. SALVATORIS LATERANENSIBUS

CONCESSA

FESTA DECEMBRIS.

1. SS. Diodori, Mariani et Soc. Martyrum.

Duplex.

Oratio. Deus qui nos. *de Communi,* [33].

---

4. S. Barbaræ Virg. et Mart. *Duplex.*

Oratio. Deus, qui inter cétera. *de Communi,* [59].

Die 27. Decembris.

S. Joannis Apostoli et Evangelistæ
Contitularis Basilicæ Lateranensis.

Duplex 1. classis cum Octava.

De S. Stephano fit tantum comm. in I. Vesperis; et per Octavam comm. S. Joannis præfertur comm. S. Protomart. Reliqua ut in Antiphonario Romano, 191.

FESTA JANUARII.

3. Octava S. Joannis Apost. et Evang.

Duplex.

Omnia ut in Antiphonario Romano, 209.

Die 3. *alias* 17. Januarii.

In Festo Inventionis SS. Diodori, Mariani, et Sociorum Martyrum. *Semiduplex.*

Oratio.

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Diodóri, Mariáni & Sociórum Inventiónem cólere : da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

---

21. S. Agnetis Virginis et Mart.

Duplex majus.

Omnia ut in Antiphonario Romano, 460.

---

14. *alias* 22. S. Anastasii Mart. *Duplex.*

Oratio. Præsta quæsumus omnípotens Deus, ut qui. *de Communi,* [16].

---

28. S. Agnetis Virg. et Mart. *Secundo.*

Duplex.

Omnia ut in Festo, 460, *præter Antiphonam ad Magnificat in I. Vesperis et Orationem,* 470.

FESTA FEBRUARII.

15. *alias* 14. S. Vincentii Mart. *Duplex.*

Oratio.

ADESTO Dómine supplicatiónibus nostris, ut qui ex iniquitáte nostra reos nos esse cognóscimus, beáti Mártyris tui Vincéntii intercessióne liberémur. Per Dóminum.

FESTA APRILIS.

1. S. Venantii Episc. et Mart. *Dupl.*

Oratio. Deus qui nos beáti. *de Communi,* [16].

---

12. SS. Domnionis Episc. et Sociorum Mart.

Duplex. (Heri.)

Oratio. Deus, qui nos concédis. *de Communi,* [33].

---

16. Translationis Capitum SS. Apostolorum Petri et Pauli.

Duplex majus.

Omnia de Comm. Apost., Temp. Paschali, [19], *præter sequentia.*

In utrisque Vesperis.

℣. Constítues eos príncipes super omnem terram, allelúia.
℟. Mémores erunt nóminis tui Dómine, allelúia.

Ad Magnificat, Antiphona.





Oratio.

SANCTORUM Apostolórum tuórum Petri & Pauli cápita in sacrosáncta Lateranénsi Basílica venerántes : fac nos, quæsumus Dómine, & tibi semper devótam gérere voluntátem, & eórum exémpla fidéliter imitári. Per Dóminum.

Ad Laudes.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum, allelúia.
℟. Et in fines orbis terræ verba eórum, allelúia.

Ad Benedictus, Antiphona.



FESTA MAII.

6. S. Joannis ante Portam Latinam.

Duplex majus.

Omnia ut in Antiphonario, 540.

10. SS. Gordiani et Epimachi Mart. *Dupl.*

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus, ut qui beatórum Mártyrum tuórum Gordiáni & Epímachi solémnia cólimus, eórum apud te intercessiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

12. S. Pancratii Martyris. *Duplex.*

Oratio. Præsta, quæsumus omnípotens Deus, ut qui. *de Communi,* [16].

23. S. Joannis Nepomuceni Mart. *Duplex.*

Oratio.

DEUS, qui ob invíctum beáti Joánnis sacramentále siléntium nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti : da nobis ejus intercessióne & exémplo, linguam caute custodíre, ac ómnia pótius mala, quam ánimæ detriméntum, in hoc sæculo toleráre. Per Dóminum.

FESTA JUNII.

2. SS. Marcellini et Petri Mart.

Duplex majus.

Oratio.

DEUS, qui nos ánnua beatórum Mártyrum Marcellíni & Petri solemnitáte lætíficas : præsta quæsumus ; ut, quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Et fit comm. **S. Erasmi Mart.** *Oratio.* Deus qui nos. *de Communi Unius Martyris,* [16].

Die 8. Junii, *alias* 15. Maii.

SS. Nerei, Achillei et Domitillæ Martyrum.

Semiduplex.

Oratio.

SEMPER nos Dómine, Mártyrum tuórum Nérei, Achíllei atque Domitíllæ fóveat, quæsumus, beáta solémnitas ; & tuo dignos reddat obséquio. Per Dóminum.

Die 22. Junii.

In Commem. Omnium Sanctorum

quorum Reliquiæ asservantur in Lateranensi Basilica.

Duplex.

Omnia de Communi Plurimorum Martyrum, [28].

Oratio.

DEUS, qui sacrosánctam Lateranénsem Basílicam innúmeris voluísti Sanctórum decorári relíquiis : concéde nobis fámulis tuis ; ut, quorum memóriam venerámur in terris, eórum consórtio perfruámur in cælis. Per Dóminum.

Die 24. Junii.

Nativitatis S. Joannis Baptistæ

Contitularis Basilicæ Lateranensis.

Duplex 1. classis cum Octava.

Omnia ut in Antiphonario, 562.

FESTA JULII.

1. Octava S. Joannis Baptistæ. *Duplex.*

Omnia ut in Antiphonario, 595.

10. SS. Rufinæ et Secundæ Virg. et Mart.

Duplex.

Omnia de Communi Virginis et Martyris, præter sequentia.

In utrisque Vesperis ad Magnificat, et ad Benedictus, Ańa. Prudéntes Vírgines. ℣. Adducéntur. [56].

Oratio. Da nobis quæsumus. [56].

11. SS. Septem Fratrum Mart. *Semid.*

Oratio.

PRÆSTA, quæsumus omnípotens Deus ; ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

20. S. Margaritæ Virg. et Mart. *Duplex.*

Oratio. Indulgéntiam. *de Communi,* [60].

21. S. Praxedis Virginis. *Duplex.*

Oratio. Exáudi nos. *de Communi,* [60].

FESTA AUGUSTI.

Die 6. Augusti.

Transfigurationis D. N. Jesu Christi

Titularis Basilicæ Lateranensis.

Duplex 1. classis cum Octava.

Omnia ut in Antiphonario, 625.

¶ *Ita infra Octavam et in ipsa Octava, exceptis Lect. Matut.*

10. S. Laurentii Levitæ et Martyris.

Duplex 2. classis cum Octava.

Omnia ut in Antiphonario, 634.

18. S. Helenæ Viduæ. *Duplex.*

Omnia de Communi nec Virginis nec Martyris, [63].

Oratio.

DOMINE Jesu Christe, qui locum ubi crux tua latébat, beátæ Hélenæ revelásti, ut per eam Ecclésiam tuam hoc pretióso thesáuro ditáres : ejus nobis intercessióne concéde ; ut vitális ligni prétio ætérnæ vitæ præmia consequámur : Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

29. In Festo Decollationis S. Joannis Bapt.

Contitularis Bas. Later.

Duplex majus.

Omnia ut in Antiphonario, 649.

FESTA SEPTEMBRIS.

1. S. Sabinæ Viduæ et Mart. *Dupl.*

Omnia de Communi non Virginis sed Martyris, [63].

Oratio. Deus, qui inter cétera. *de Communi,* [67].

16. S. Euphemiæ Virg. et Mart. *Dupl.*

Oratio. Deus, qui inter cétera. *de Communi,* [59].

Et fit comm. (etiam in Laudibus) **SS. Luciæ et Geminiani Mart.** *Aña et ℣. de Communi plurimorum Martyrum,* [31].

Oratio.

PRÆSTA Dómine précibus nostris cum exsultatióne provéntum : ut sanctórum Mártyrum Lúciæ & Geminiáni, quorum diem passiónis ánnua devotióne recólimus, étiam fidei constántiam subsequámur. Per Dóminum.

26. SS. Cypriani et Justinæ Mart. *Dupl.*

Oratio.

BEATORUM Mártyrum Cypriáni & Justinæ nos Dómine fóveant continuáta præsídia : quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS.

9. S. Dionysii Areopagitæ Episc. et Mart.

Duplex.

Oratio.

DEUS, qui hodiérna die beátum Dionysium Mártyrem tuum atque Pontíficem virtúte constántiæ in passióne roborásti : tríbue nobis, quæsumus ; ejus imitatióne pro amóre tuo próspera mundi despícere, & nulla ejus advérsa formidáre. Per Dóminum.

22. S. Mariæ Salome Viduæ. *Dupl.*

Omnia de Communi nec Virg. nec Mart., [63], *præter sequentia.*

In utrisque Vesperis.

℣. Ora pro nobis beáta María Salóme.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Magnificat, Antiphona.

8. G



G Lo-ri- ó-sa tu Ma-rí- a Sa-lóme, cum pro-le pi- a



Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut intercéssio beátæ Maríæ Salóme nos ubíque prótegat atque deféndat ; & quod a te fragilitátis nostræ defectus obtinére non potest, ipsa intercedénte, tua nobis pietáte donétur. Per Dóminum.

Ad Laudes.

℣. Ora pro nobis beáta Maria Salóme.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.



25. SS. Chrysanthi et Dariæ Mart. *Dupl.*

Oratio.

BEATORUM Mártyrum tuórum Dómine Chrysánthi & Daríæ, quæsumus, adsit nobis orátio : ut, quos venerámur obséquio, eórum pium júgiter experiámur auxilium. Per Dóminum.

27. *alias* 16. SS. Rustici et Eleutherii Mart.

Semiduplex.

Oratio. Deus, qui nos concédis. [33].

FESTA NOVEMBRIS.

2. Sancti Cæsarii Martyris. *Duplex.*

Oratio. Præsta, quæsumus. *de Communi,* [16].

6. S. Zachariæ Patris S. Joannis Baptistæ.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, [48].

Oratio.

VIGEAT, quæsumus Dómine, semper in córdibus nostris divínæ tuæ præséntiæ memória, beáti Zachariæ, sanctíssimi Præcursóris tui patris, suffragántibus méritis : ut te super ómnia diligéntes, ad promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, sine offensióne currámus : Qui vivis & regnas.

FESTA DECEMBRIS.

1. SS. Diodori, Mariani et Soc. Mart. *Dupl.*

Oratio. Deus, qui nos. *de Communi,* [33].

Commemorationes Communes

SEU SUFFRAGIA SANCTORUM.

De Cruce. *In Feriali tantum Officio,* 113.

¶ *Non obstante prædicta Commemoratione de Cruce fiat etiam infrascripta de Salvatore; nam comprehendit utrumque S. Joannem (præter Decr. S. R. C. 23. Augusti 1704).*

De Salvatore.

Juxta Constitutionum P. I. Cap. 15.

Ad Vesperas et Laudes, Antiphona.

7.



Ad Vesperas. ℣. Mirábilis Deus. ℟. In sanctis tuis.

Ad Laudes. ℣. Salvos fac servos. ℟. Deus meus sperántes in te.

Orémus. *Oratio.*

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui sacratíssimam Constantiniánam Basílicam in tuo & utriúsque Joánnis nómine dedicátam, cunctárum Urbis & Orbis Ecclesiárum decorásti primátu : concéde nobis fámulis tuis ; ut, ambórum méritis & précibus a nostris reátibus expiáti, ad te Salvatórem nostrum pervenire valeámus.

De Sancta Maria. 114.

De Sancto Joseph. 115.

De Apostolis. 116.

De S. P. Augustino.

Juxta Constitutionum P. I. Cap. 15.

Ad Vesperas, Antiphona.

1.



Ad Laudes, Antiphona.

1.





E u o u a e.

℣. Ora pro nobis beáte Pater Augustíne.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

℣ *Vel* ℣. Justum dedúxit. ℟. Et osténdit. *sive* ℣. Amávit eum. ℟. Stolam. *quotiescumque in aliqua commem. præcedenti dictum fuerit* ℣. Ora pro nobis. ℟. Ut digni efficiámur.

Orémus. *Oratio.*

ADESTO supplicatiónibus nostris, omnípotens Deus : & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges ; intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum.

De Patrono *vel* Titulari Ecclesiæ.

Fiat commem. consueta ante vel post commem. prædictas, pro dignitate illius : id est, de Ss. Angelis et de S. Joanne Baptista, ante S. Joseph ; de S. Apostolo, alio a S. Petro et Paulo, post hos ; de aliis vero sanctis, post S. Augustinum.

Romæ, De S. Agnete Virg. et Mart.

Ad Vesperas, Aña. Stans beáta Agnes. 464.

Ad Laudes, Aña. Ecce quod concupívi. 463.

℣. Diffúsa est. ℟. Proptérea.

Oratio. Omnípotens sempitérne Deus. 463.

De Pace. 117.

APPENDIX.

Die 7. Julii.

S. Petri Forerii Confessoris

IN I. VESPERIS.



Ps. ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum, [1].

3. Aña.
6. F

P Ro-fi-ci- é-bat atque crescébat, & pla-cé-bat tam De- o quam homí-ni-bus. E u o u a e.

4. Aña.
4. E

S Usci-tá-bo mihi sa-cerdó-tem fi-dé-lem, qui juxta cor me- um & á-nimam me- am fá-ci- et. E u o u a e.

5. Aña.
3. a

D E-nudá-bit il-li De- us abscónsa su- a, & thesauri-zá-bit super il-lum sci- énti- am & intelléctum justí-ti- æ. E u o u a e.

Capitulum. *Eccli. 45.*

DILECTUS Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne est : símilem illum fecit in glória Sanctórum, & magnificávit eum in timóre inimicórum, & in verbis suis monstra placávit.

Hymnus.

4.

I Nsons a pú- e-ro fit Petrus hósti- a, Quam præcox pí- e-tas præpa-rat ; & li-tant Cum spe, firma fi-des, pu-ráque cá-ri-tas, Et constans pa-ti- énti- a. 2. Artus innócu- os verbé-ri-bus domat, Escam præbet o-lus, lympha sitim le-vat, Tellus nu-da tho-rum súffi- cit, & vi-gil Aut o-rat Petrus, aut studet. 3. Sic carnis vá-ri- os déspi-cit ímpe-tus Spi-nis tu-ta su- is cándi-da cásti-tas, Sic fervens júve-nis jam mó-ri-tur si-bi, Christi discí-pu-lus cru-cis. 4. Præstans e-lóqui- o, mó-ri-bus ínte-ger, Virtú-tem pú- e-ros jú-ni- or é-docet ; Succréscunt té-ne-ris ínsi-ta córdi-bus, Grandi fé-no-re, sémi-na. 5. Ut sæcli fú-gi- tet blanda per-í-cu-la, Conféstim



℣. Prævenísti eum Dómine.
℟. In benedictiónibus dulcédinis.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio.

DEUS, qui beáto Petro Forério, ardentíssima caritáte tibi conjúncto, ut némini obésset & ómnibus prodésset, inspiráre dignátus es : concéde propítius ; ut, ejúsdem précibus & exémplis, quæ tibi placent, & nobis ac aliis vere prosunt, constánter operémur. Per Dóminum.

AD MATUTINUM.

Invitatorium.



Quó-ni- am De- us magnus Dómi-nus, & Rex magnus su-per omnes de- os : quó-ni- am non re-péllet Dómi-nus ple-bem su- am, qui- a in manu e-jus sunt omnes fi-nes ter-ræ, & alti-tú-di-nes mónti-um ipse cónspi- cit. * Veníte.

Quó-ni- am ipsí- us est ma-re, & ipse fe-cit illud, & á-ri-dam fundavé-runt manus e-jus : ve-ní- te, ad-o-ré-mus, & pro-ci-dámus ante De- um : plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-cit nos, qui- a ipse est Dómi-nus De- us noster : nos autem pópu-lus e-jus, & oves páscu- æ e- jus.

℟. Dóminum.

Hó-di- e si vo-cem e-jus audi- é-ri- tis, no-lí-te ob-

du-rá-re corda vestra, sic- ut in ex-a-cerba-ti- ó-ne se-cún-dum di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto : u-bi tenta-vé-runt me patres vestri, pro-ba-vé-runt & vi-dé-runt ó-pe- ra me-a. * Veníte.

Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra-ti- ó-ni hu- ic, & di-xi : Semper hi errant corde : ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi- as me- as, quibus ju-rá-vi in i-ra me- a, si intro- í-bunt in réqui- em me- am. ℟. Dóminum.

Gló-ri- a Patri, & Fí- li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto.

Sic-ut e-rat in princí-pi- o, & nunc, & semper, & in



sæcu-la sæcu-ló-rum. A- men. * Veníte. ℟. Dóminum.

Hymnus.

1.



E Cce jam Pe-trus, pi- us atque doctus, Corde suc-

cénso, Cúpi-dus la-bó-rum, Súsci-pit caulæ ré-gimen freméntis, Auspi-ce Chri-sto. 2. Mox oves quæ- rit, ré-pe-rit, la-cértis Portat infírmas, fo-vet ac be-nígno Ulcera attáctu

lí-ni- ens, sa-lú-tem Obti-net ægris. 3. Pró-vocat len-tas, stimu-lóque verbi Exci-tæ, gressu cé-le-ri, per arva Culta

virtú-tum, præ- e- únte Petro Læ-ti- us er-rant. 4. Inter has

pa-stor do-cet e pu- él-lis, Jam pu- ellá-rum fi- e-ri ma-gi-



stras, Atque constántes, & amó-re pu-ro, Sancta do-cé- re.



5. Munus assúmunt, húmi- les ad-implent, Se vo-vent Christo,



novus Ordo surgit, Insti-tu-tó-rem ve-ne-rántur omnes,



Láudibus ornant. 6. Ast Petrus va-nos fú-gi- ens honó-res



Lé-gi-bus præ-fert so-li-dá-re sanctis Ordinem, cu-jus vá-ri- as



ad urbes Agmi-na mit-tit. 7. Summa laus Pa-tri, ge-ni-



tóque Verbo, Et ti-bi, compar utri- úsque vir-tus, Spí-ri-tus,



sanctæ Trí- a-di ca-ná-tur Omne per æ-vum. A-men.

IN I. NOCTURNO.

1. Aña. 8. G



T Amquam lignum plantá- tum se-cus de-cúrsus a-



quá-rum fructum de-dit in témpo-re su-o. E u o u a e.

Ps. Beátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit. 61*.

2. Aña. 8. G



Ervi-vit Dómi-no in timó-re, & exsultá-vit e- i cum tremó-re. E u o u a e.

Ps. Quare fremuérunt gentes. 62*.

3. Aña. 7. c



Oce su- a ad Dómi-num clamá-vit, & exaudí-vit e- um de monte sancto su- o. E u o u a e.

Ps. Dómine, quid multiplicáti sunt qui tribulant me? 63*.

℣. In lege Dómini fuit volúntas ejus.

℟. Et in lege ejus meditátus est die ac nocte.

Responsorium 1.

8.



Atus est homo, prin- ceps fratrum : * Firmamén- tum gen- tis, sta-bi- li- mén- tum pópu- li. ℣. Perfé-ctus homo De- i



ad omne opus bo- num instrú- ctus.

* Firmaméntum.

Responsorium 2.

1.



EX ve-ri-tá- tis fu- it in o- re e- jus, in-íqui-tas non est invén- ta in lá-bi- is e- jus. * Et mul- tos a-vér- tit ab in-iqui- tá- te. ℣. Susci-pi- é-bat omnes, præ-di-cans regnum De- i. * Et mul- tos.

Responsorium 3.

2.



-pse tamquam im- bres mit- tet e-lóqui- a sa-pi- énti- æ su- æ, i-pse pa- lam fá-ci- et di-



IN II. NOCTURNO.

1. Aña. 3. g



Ps. Cum invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ. 67*.

2. Aña. 8. G





Ps. Verba mea áuribus pércipe Dómine. 67*.

3. Aña. 1. a



Ps. Dómine Dóminus noster. 68*.

℣. Sacrificávit sacrifícium justítiæ.
℟. Et sperávit in Dómino.

Responsorium 4.

7.



se-cú-tus est es-se ju- stus. * Et.

Responsorium 5.



8. J Uxta ma-num De- i su- i bo- nam super se, * Pa-rá- vit cor su- um, ut inve-sti-gá- ret le-gem De- i, & fá-ce-ret & do- cé- ret. ℣. Qui fé-ce- rit & do-cú- e-rit, hic magnus vo-cá-bi- tur in re- gno cæ-ló- rum. * Pa-rá- vit.

Responsorium 6.



5. D Omi-ne non est ex-altá-tum cor me- um, ne- que e-lá-ti sunt ó-cu-li me- i, neque ambu-lá- vi



in ma- gnis, ne- que in mi-ra-bí- li-bus su- per me. * Indu- é-bar ci- lí- ci- o, humi- li- á-bam in je-jú-ni- o á-nimam me- am: qua-si lu- gens & contri- stá- tus sic humi- li- á- bar. ℣. Qui- cúmque humi- li- áve- rit se sic-ut párvu-lus i- ste, hic est ma-jor in re- gno cæ-ló- rum. * Indu-é- bar. Gló-ri- a Pa-tri, & Fi- li- o, & Spi- rí- tu- i San- cto. * Indu-é-bar.

IN III. NOCTURNO.



1. Aña. 7. d I Ngréssus est si-ne mácu-la, ope-rá-tus est ju-



E u o u a e.

Ps. Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? 72*.

2. Aña. 6. F



Ps. Dómine, in virtúte tua lætábitur rex. 72*.

3. Aña. 7. a



Ps. Dómini est terra & plenitúdo ejus. 73*.

℣. Accépit benedictiónem a Dómino.
℟. Et misericórdiam a Deo salutári suo.

Responsorium 7.

7.





Responsorium 8.

1.





AD LAUDES, et per Horas.

1. Aña. 3. a



E u o u a e.

Ps. Dóminus regnávit. *cum reliquis, 27*.*

2. Aña. 8. G



3. Aña. 5. a





4. Aña. 8. G



5. Aña. 6. F



Capitulum. *Eccli. 45.*

DILECTUS Deo & homínibus, cujus memória in benedictióne est : símilem illum fecit in glória Sanctórum, & magnificávit eum in timóre inimicórum, & in verbis suis monstra placávit.

Hymnus.

4.





fidem dógma-ta sólve-rant; Ve-ri vix amor est, vix pí- e-
tas sci- a; Passim crími-na gérmi-nant. 2. Hæc Petrus ré-co-
lens ángi-tur & gemit, Fle-tus, verba, pre-ces, du-ráque vér-
be-ra Spe-rans congémi-nat, flánteque grá-ti- a, Cle-ri resti-
tu- it de-cus. 3. Hinc di-ví-na vi-gent, spárgi-tur úndique
Christi sanctus odor mó-ri-bus óptimis, Ze-lo magná-nimo,
cum ví-gi-li fi-de, Et splendens rú-ti-lat Si- on. 4. Nec
Petro sa-tis est : Hæ-ré-se- on do-los Ze-lans aggré-di-tur,
cónte-rit, aut fugat, Abscé-dunt té-nebræ, lu-cis amor red-it,
Et victrix pí- e-tas o-vat. 5. Sed quis, quanta tu-lit præmi- a



grá-ti- æ Hic ve-rus Lótha-ræ gentis Apósto-lus, Narrándo
ré-fe-rat? Dí-ci-te præ-su-les Tulli, dic Lotha-ríngi- a. 6. Tu,
di-léćte Pa-ter, próspi-ce póste-ris, Et nequándo tu- us spí-
ri-tus éxci-dat, Patrem spi-rí-tu-um, quem pro-pe cónspi-cis,
Vo-tis flećte frequénti-bus. 7. Æ-térnus sit honos ingé-ni-to
Patri, Sit par u-ní-geno gló-ri- a Fí- li- o, Ambo-rúmque,
ti-bi, nexus amá-bi-lis, Sit par gló-ri- a Spí-ri-tus. A-men.

℣. Cor meum & caro mea.
℟. Exsultavérunt in Deum vivum.

Ad Benedictus, Antiphona.

8. G



FUit gra-tus De- o, & e-ru-dí-tus omni sa-pi-én-
ti- a, & e- rat po-tens in ver-bis, & in opé-ri-bus su- is.



E u o u a e.

Oratio.

DEUS, qui beáto Petro Forério, ardentíssima caritáte tibi conjúncto, ut némini obésset & ómnibus prodésset, inspiráre dignátus es : concéde propítius ; ut ejúsdem précibus & exémplis, quæ tibi placent, & nobis ac aliis vere prosunt, constánter operémur. Per Dóminum.

Ad Primam.

In ℟. *breve dicitur :*



℣. Qui es sa-cérdos in æ-ternum.

Ad Tertiam. *Aña.* Vivo ego.

Capitulum. Diléctus Deo. *ut supra ad Laudes.*



℟. br. I N le-ge Dómi-ni * Fu- it vo-lúntas e-jus. In lege.

℣. Et in lege e-jus me-di-tá-bi-tur di- e ac nocte. * Fu- it.

Gló-ri- a Patri, & Fí-li- o, & Spi-rí-tu- i Sancto. In lege.

℣. Sacrificávit sacrifícium justítiæ.
℟. Et sperávit in Dómino.

Ad Sextam. *Aña.* Hortabátur omnes.

Capitulum. *Eccli. 45.*

INDUIT eum stolam glóriæ in vasis virtútis. Factum est illi testaméntum ætérnum & sémini ejus, sicut dies cæli, fungi sacerdótio, & habére laudem, & glorificáre pópulum suum in nómine ejus.



℟. br. S Acri-fi-cá-vit * Sacri-fí-ci- um justi-ti- æ. Sacri-fi-cá-vit. ℣. Et spe-rá-vit in Dómi-no. * Sacri-fí- ci- um. Gló-ri- a Patri. Sacri- fi-cá-vit.

℣. Accépit benedictiónem a Dómino.
℟. Et misericórdiam a Deo salutári suo.

Ad Nonam. *Aña.* Vobíscum fui.

Capitulum. *Eccli. 48.*

SPIRITU magno vidit última, & consolátus est lugéntes in Sion. Usque in sempitérnum osténdit futúra, & abscóndita ántequam evénerint. Memória ejus in compositiónem odóris, opus pigmentárii.



℟. br. A C-cé-pit be-ne-dicti- ó-nem * A Dómi-no. Accé-pit. ℣. Et mi-se-ri-córdi- am a De- o sa-lu-tá-ri su- o. * A Dómi-no. Gló-ri- a Patri. Accé-pit.

℣. Cor meum & caro mea.
℟. Exsultavérunt in Deum vivum.

IN II. VESPERIS.

Antiphonæ de Laudibus. Psalmi, Capitulum, Hymnus et ℣. ut in I. Vesperis.

S. Petri Forerii.

Ad Magnificat, Antiphona.



Oratio ut supra ad Laudes.

INDEX SANCTORUM

ORDINE ALPHABETICO DISPOSITUS.

A

Abilii Episc. Conf. . . . 7*
Agnelli Abb. 2*
Agnetis Virg. Mart. B. L. . . 126*
Alberti Episc. Conf. . . . 43*
Albini Episc. Conf. . . . 9*
Aldobrandi Episc. Conf. . . 47*
Alipii Episc. Conf. . . . 51*
Anastasii Mart. B. L. . . . 126*
Aniani Episc. Conf. . . 2*, 122*
Ansovini Episc. Conf. . . 36*
Antonii de Padua Conf. . . 49*
Aquilini Mart. 4*
Archangeli Canetuli Conf. . . 43*
Augustini Commemoratio . 1*, 123*
— Conversio 44*
— Solemnitas 53*
— Translatio I. . . . 87*
— Translatio II. . . . 8*
— Vigilia 52*

B

Barbaræ Virg. Mart. B. L. . . 125*
Benedicti II. Papæ Conf. . . 46*
Bennonis Episc. Conf. . . 49*
Beregisi Abbatis 86*
Bernardi Conf. 49*
Blasii Episc. Mart. . . . 5*
Brigidæ Virg. 4*
Brunonis Conf. 86*

C

Cæsarii Mart. B. L. . . . 135*
Canonic. regularium Omn. SS. . 10*
Cantuariensium Mart. . . 47*
Capit. SS. Petri & Pauli Transl. B. L. 127*
Catharinæ Thomas Virg. . . 37*
Cerbonii Episc. Conf. . . . 88*
Chrysanthi & Dariæ Mart. B. L. . 135*
Cypriani & Justinæ Mart. B. L. . 133*

D

Danielis Mart. 6*
Dedicatio Basil. Lateran. . . 90*
Diodori, & Soc. Mart. B. L. 125*, 136*
— Inventio. B. L. . . . 126*
Dionysii Areop. Episc. Mart. B. L. 133*
Dominici Conf. 51*
Domnionis Ep. & Soc. Mart. B. L. 127*
Dunstani Episc. Conf. . . 48*

E

Emirtii Episc. Conf. . . . 84*
Eucherii Episc. Conf. . . . 122*
Euphemiæ Virg. Mart. B. L. . 132*
Eusebii Episc. Mart. . . . 3*

F

Felicis III. Papæ Conf. . . 7*
Firmini Episc. Mart. . . . 85*
Floridi Episc. Conf. . . . 120*
Fratrum Septem Mart. B. L. . 131*
Frigdiani Episc. Conf. . . 121*
Fulci Episc. Conf. . . . 89*
Fuscæ Virg. Mart. . . . 36*

G

Gaucherii Conf. 43*
Gaudentii Episc. Conf. . . 3*
Gaudentii Episc. Mart. . . 88*
Gelasii I. Papæ Conf. . . . 121*
Gertrudis Virginis . . . 37*

Gilberti Conf. 5*
Gordiani & Epimachi Mart. B. L. 129*
Gregorii Episc. Conf. . . . 52*
Gregorii II. Papæ Conf. . . 6*
Gualteri Abbatis . . . 47*
Guarini Episc. Conf. . . . 5*
Guillelmi Episc. Conf. . . 37*
Guiraudi Episc. Conf. . . 90*

H

Helenæ Viduæ. B. L. . . . 132*
Herculani Episc. Mart. . . 9*

I

Ildefonsi Episc. Conf. . . . 4*
Imaginis Ss. Salvatoris . . 90*
Inventii Episc. Conf. . . . 5*
Isidori Episc. Conf. & Doct. . 42*
Israelis Conf. 6*
Ivonis Episc. Conf. . . . 48*

J

Joannis Apost. & Evang. B. L. . 125*
Joannis Conf. 87*
Joannis & Soc. MM. Gorcum. . 51*
Joannis ante Port. Lat. B. L. . 128*
Joannis Bapt. Decollatio. B. L. . 132*
— Nativitas. B. L. . . . 130*
Joannis Nepomuceni Mart. B. L. . 129*

L

Læti, Donatiani & Soc. MM. . 84*
Laurentii Episc. Conf. . . 120*
Laurentii Justiniani Episc. Conf. . 84*
Laurentii Levitæ, Mart. B. L. . 132*
Leandri Episc. Conf.. . . 7*
Leonis I. Papæ Conf. . . . 43*
Leonis II. Papæ Conf. . . . 49*
Leonis IV. Papæ Conf. . . 51*
Ludgeri Episc. Conf. . . . 37*

M

Malachiæ Episc. Conf. . . 89*
Marcellini Presb. Conf. . . 51*
Marcellini & Petri MM. B. L. . 129*
Margaritæ Virg. Mart. B. L. . 131*
Mariæ Salome Viduæ. B. L. . 133*
Melanii Episc. Conf. . . . 3*
Monicæ Viduæ 44*
— Translatio 43*

N

Nerei, & Soc. Mart. B. L. . . 130*
Nicolai de Tolentino Conf. . . 85*
Norberti Episc. Conf. . . . 48*

O

Odulphi Presb. Conf. . . 48*
Ollegarii Episc. Conf. . . 36*

P

Pancratii Mart. B. L. . . . 129*
Papiniani & Soc. MM. . 1*, 122*
Paterniani Episc. Conf. . . 3*
Patritii Episc. Conf. . . . 36*
Paulini Episc. Conf. . . . 49*
Petri Alexandrini Episc. Mart. . 121*
Petri Chrysologi Ep. Conf. Doct. 2*
Petri de Arbues Mart. . . 85*
Petri Forerii Conf. . . 50*, 139*
Petri Piperac. *vel* de Chavagn. Cf. 85*
Possidonii Episc. Conf. . . 47*
Praxedis Virg. B. L. . . . 131*
Prosperi Episc. Conf. . . . 121*

R

Raymundi Conf. . . . 50*
Raymundi Episc. Conf. . . 49*
Reliq. Basil. Lateran. Commem. 130*
Remigii Episc. Conf. . . . 86*
Romani Martyris . . 1*, 122*
Rufi Episc. Conf. . . . 120*
Rufinæ & Secundæ Virg. Mart. B.L. 131*
Rumoldi Episc. Mart. . . . 50*
Rustici & Eleutherii Mart. B. L. 135*

S

Sabinæ Martyris. B. L. . . 132*
Secundi & Soc. Mart. . . 48*
Sergii I. Papæ Conf. . . . 84*

T

Theobaldi Conf. . . . 6*
Theodori Mart. 2*
Theodorici Abbatis . . . 50*
Theotonii Conf. 6*
Thomæ Episc. Mart. . . . 3*

Thomæ Episc. Conf. . . . 86*
Transfiguratio D. N. J. C. B. L. . 131*
Trudonis Presb.. . . . 121*

U

Ubaldi Episc. Conf. . . . 47*
Ursulæ & Soc. Virg. Mart. . . 89*

V

Vedasti Episc. Conf. . . . 5*
Venantii Episc. Conf. B. L. . 127*
Vincentii Mart. B. L. . . 127*

W

Wilhelmi Abbatis . . . 42*
Wolfgangi Episc. Conf. . . 89*

Z

Zachariæ Conf. B. L. . . . 135*
Zachariæ Papæ Conf. . . . 36*

1453. Solesmis. — E Typographeo S. Petri, Maii 1897.